Adde glo. in. l. autore. in gl. j. C. de euic. ⁊ gl. in cle. causam. in gl. fi. de elec. ⁊ tex. ⁊ ibi gl. in. c. fi. in verbo vt rem venditam sibi defendi nuntiaret. de emp. ⁊ ven. ⁊ ibi do. Ant. do. Abb. ⁊ alij ad hoc not. Idem tenet Bal. in. l. si cum questio. C. de euic. Spec. ⁊ Jo. in tit. de emp. ⁊ ven. §. fi. ad fi. Pau. de ca. in cõsi. ccclxxv. qd incipit effectus primi dubij. ⁊ Lud. ro. hic. Aduerte tñ ꝙ sufficerēt equipollentia verba: puta denuntiare venditori ꝙ assistat liti mote ẜm Ange. in. l. denuntiasse. in prin. ff. de adul. in cõsi. clxxv. qd incipit in facto proponit. Tu allega pro hoc tex. claros in. l. cum successores. in verbo assistere negotio. denuntia. C. de euic. ⁊ in. l. empti. in verbo debes interpellare vt tibi assistant causamq3 instruant. C. eo. Contra Bar. ⁊ sequaces ꝙ imo sufficiat simpliciter denuntiare litem esse motã absq3 eo quod expressim incitet vt veniat ad defendẽdum causam. tenet Jo. de imo. in. d. c. fi. de emp. ⁊ ven. ⁊ in. d. c. cum M. Ferrariensis. ad fi. Mouetur Jmol. per tex. in. d. l. si cum questio. vbi videtur pbari ꝙ sufficiat simpliciter denuntiari litem motã. ⁊ licet verum sit qd venditor teneatur venire ad defendendum: non tñ sequitur qd necesse sit illud denũtiari: cum ex denuntiatione litis mote: habeat scire se obligatum venire ad defendendum. Idem tenet Bal. in. l. j. C. de pericu. ⁊ cõmo. rei ven. vbi mouetur per simile de muliere: cui satis est si denuntiet se esse pregnantem. l. j. §. j. ⁊. §. denuntiare. ff. de libe. agno. Idem tenet Bal. in. l. emptor. C. de euic. ⁊ Sali. in. d. l. j. ⁊ in istis locis etiã mouetur Bal. quia ista denuntiatio non fit ad alium effectũ ꝙ vt venditor veniat ad defendendũ causam: sed ad illum tex. in. d. §. denuntiare rñdet Ludo. ro. hic. ꝙ loquatur in casu diuerso. vnde ex diuersis non fit bona illatio. l. fin. ff. de calumnia. ⁊. l. papinianus exuli. ff. de mino. Tu rñde melius per tex. in. l. j. ff. de ven. inspi. vbi dicit text. denuntiandum est vt mittant que ventrem inspiciant: et sic etiam denuntiatio est simplex. ¶ Quid tenendum in hoc passu. Mihi plus placet ista scḋa opi. ꝯtra Bar. ⁊ sequaces. Moueor per tria. Primo quia reperio ꝙ plura iura que simpliciter requirunt denuntiationem litis mote: ita est tex. in fi. d. §. pe. ⁊ fin. ⁊ in. l. minor. §. si seruus. in fi. ⁊ in. l. si res. ff. de euic. ⁊ in. l. emptor. ⁊ in. l. si cõtrouersia. C. eo. nisi dixeris ꝙ illa iura ⁊ alia similia simpliciter loquẽtia supplẽtur per alios tex. hic allegatos per Bar. Scḋo moueor quia cum ista denuntiatio fiat venditori solum ad finem: vt veniat ad defendendum: succedit regula ꝙ sermo indefinitus vel gñalis qui nõ potest verificari nisi in vna specie: vel respectu vnius effectus censet esse specialis. l. ij. §. ff. de lib. ⁊ posthu. l. si dño. ⁊ ibi Bar. et alij ad hoc no. ff. de leg. j. gl. ⁊ doc. in. c. ex parte primo. vbi gl. fi. et do. Abb. ad hoc not. de offi. deleg. sicut dicimus ꝙ qñ vna sola ratio potest assignari in lege illa habetur pro specialiter expressa: vt est gl. in. l. quis. ⁊ ibi expressius Bal. ⁊ Paul. de ca. C. de fideicõmis. nisi dixeris ꝙ imo ista denuntiatio que fit venditori potest fieri ad duplicẽ effectum: vel vt veniat ad defendendũ causam vel 8 ad finẽ vt teneatur de euictione: tñ ẜm venit in cõsequentiã primi. ¶ Tertio adde bene facere illud qd pulchre tenet Bal. in. l. vinũ. ad fi. ff. si cer. peta. vbi tenet ꝙ in denuntiationibus ⁊ protestationibus sufficit narrare factum nec requiritur petitio vel cõclusio: nec habet instruere aduersarium quid faciat: sicut sufficit mulieri denuntiare se esse pregnantem. d. l. j. in princi. ff. de ven. inspi. Et si hoc est verum ex eo collige pulchram limitationem ad tex. in. l. aut qui aliter. §. j. in verbo neq3 perfunctorie aut obscure. ff. qd vi aut clam. per quem tex. Bar. hic in sequenti questione. ad fi. no. ꝙ ptestatio debet fieri certa ⁊ clara. Nam limitatur istud esse verum quo ad narrationem facti que debet esse clara ⁊ non perfunctoria: non autem ꝙ debeat alia petitio inferri vel conclusio. Fateor tamen ꝙ ad euitandas oppositiones tutius esset seruare formam ⁊ practi-
40 cam Bart. hic. ¶ Quarto adde inquantum infert Bart. † etiam venditori scienti litem motam debere denuntiari: quia vltra scientiam et certificationem requiritur incitatio: de isto puncto: nunquid venditori scienti sit denuntiandum: ponit glos. et Barto. in. l. ij. §. voluntatem. ff. solu. matr. ⁊ quia ibi anno preterito tetigi de
41 isto passu amplius non repeto. ¶ † Quinto teneas mẽti illud qd dicit Bart. quod ad hoc vt debitor per interpellationem constituatur in mora: est necesse ꝙ incitetur vt soluat: pondera ergo diligenter ꝙ simplex interpellatio creditoris: facta congruo loco et tempore: non constituit debitorem in mora: nisi etiam in incitatoria. Hinc infertur correlarie ꝙ notificatio debiti nõ habetur loco sufficientis interpellationis: de quo ponit Bald. in. l. vinum. ad fi. ff. si certum petatur. vbi videtur tenere ꝙ non sufficiat per. l. in minorum. C. ex quib. causis in integrum resti. non est neces. quamuis in contrarium postea arguat: vt ibi per eum: et hoc not. ad ea que traduntur in. l. quod te. ff. si certum petatur. et in. l. si ex legati causa. ff. de verborum oblig. ¶ Querit Bart. in quo loco debeat fieri ista protestatio: et sic quis dicatur locus congruus huic protestationi. Adde illud quod tenet Bart. s. in prima specie prote-
42 stationis: ⁊ ita limitat Barto. hic vbi tenet † ꝙ protestatio declaratoria voluntatis in his que dependent a mera voluntate protestantis potest fieri quolibet loco ⁊ quocunq3 tempore. ¶ Secundo adde ꝙ protestationes possũt fieri etiam in ecclesijs. autentica si qs ei. C. ad. l. iul. de adulte. p quem tex. ita notat Bald. i. l. nemo apostolorum. in vltimis verbis. C. de sacrosanc. eccle. Lud. roma. hic in additio. Tertio adde inquantũ tenet Bartol. quod ista protestatio potest fieri etiam extra iudicium et limitat vt per Barto. in sequen. colũ. quando fieret circa ea ad que quis non tenetur iure obligationis: sed potest constringi officio iudicis: tunc protestatio vel interpellatio extraiudicialis nihil operaretur. text. est singularis. in. l. cum postulassem. in princi. ⁊ ibi Bar. ff. de damno infec. idem Bar. in. l. si ex legati causa. ff. de verborum oblig. et in. l. vbi. §. j. ff. de edendo. ⁊ rationem assignat Bartol. in. l. j. in antepenultima colũ. ⁊ ibidẽ Bal. ff. de iurisd. om. iu. ¶ Querit Barto. qd sit tempus congruum huic protestationi: de quo etiam per eundem Barto. in. l. cum filius. §. fi. ff. de verborum obligati. per Bal. in. l. in contractibus. §. fi. C. de non numera. pecu. et nota bene doctrinam Bart. quod quando protestatio incitatoria continet aliquid qd ẜ3 bonos mores ciuitatis non potest illo tempore explicari: potest sperni tanq3 incongruo tempore facta. Adde illud qd tenet Bar. s. in precedẽti specie protestationis: ⁊ dixi: vbi tenet ꝙ protestatio prohibitoria eius qd nõ potest salua honestate pretermitti nihil operat et potest sperni. secundo adde ꝙ etiã actus factus de cõmuni consensu partium si sit contra bonos mores ciuiles vel naturales nihil valet quantominus ptestatio vnius partis tantum. text. est in. l. pacta que contra. ibi contra bonos mores. ⁊ ibi Bald. ⁊ Moder. no. C. de pac. intantu3 ꝙ illud qd est contra bonos mores vel ciuiles vel naturales sicut prohibetur fieri per pactum: vt ibi: ita etiam phibetur fieri per statutum prout est doctrina Bar. approbata in. l. oẽs populi. l. iiij. q. tertie. q. pn. ff. de iusti. et iur. vbi sic intelligit equiparationem glos. in rubrica C. de decre. decurio. lib. x. Adde etiam ꝙ illud qd est cõtra bonos mores ciuiles vel naturales: adeo prohibetur ꝙ non firmat: etia3 iuramento: vt in regula non est obligatorium. iuncta. l. si plagij. ff. de verbo. obli. declarat Are. in consi. lxxiij. qd incipit diligenter ⁊ mature consideratis. not. in. c. cum contingat. de iureiurã. l3 Pau. de ca. in. d. l. pacta que contra. teneat qd regula dicti. c. non est obligatoria. procedit quando est contra bonos mores de iure canonico. qd est qñ esset contra bonos mores ciuiles: vt est videre in vltimo exemplo. Bart. hic. ⁊ in casu. l. j. ff. de dona. inter virum ⁊ vxo. tunc bene firmaret iuramento: qd vltimum pro nunc non examino hic: quia non est locus suus. Juxta ista3. q. Bar. de tempore congruo protestationis: congruenter quero nunquid protestationes possint fieri alicui de nocte: an vero tempus noctis censeatur incongruum protestationi. In quo passu Bal. in. c. fi. in. j. col. de appel. in casu illius text. concludit ꝙ ptestatio pot fieri de nocte si potest haberi copia illius cui est facienda protestatio: ista
43 opinio potest per duo similia confirmari. † Primo quod licet actus iudiciales: prout est sñia nõ possint regulariter expediri de nocte. §. sedebunt. in aut. de iudi. coll. vj. tñ actus extraiudiciales: prout sunt cõtractus et similia possunt ita expediri de nocte sicut de die. l. non minorem. C. de transact. similiter testamenta. l. ad testium. §. signũ aũt. ff. de test. quinimo. appellatio potest interponi
a de nocte[a]: ẜm tamen qd declarat Bal. in aut sed hodie. in vlti. colum. C. de appel. et in. l. j. C. de ferijs. facit tert. in. l. j. §. dies. cum. §. seq. in verbo suprema hora. ff. quando app. sit. per glo. in. c. ab eo. de appella. in. vj. in contrarium ꝙ tales protestationes. regulariter non possint fieri de nocte probatur. quia debent fieri congruo loco ⁊ tempore. vt dictum est. modo solutio non potest fieri de nocte: quia non diceretur fieri congruo tempore. l. si soluturus. ff. de solu. et est gl. singu. i. l. more. et ibi Bar. ad hoc no. ff. de ferijs. do mi. Abb. in. c. j. eo. tit. ergo nec iste protestationes nisi dixeris defendendo primam opi Bald. ꝙ glos. in. d. l. more. que vult ꝙ solutio non possit fieri de nocte quia sit tempus incongruu3 procedit quando creditori esset periculum in aperiendo ostium de nocte: vel qñ posset sequi deceptio in qualitate pecunie soluẽde: als videt ꝙ debitor possit soluere de nocte: prout tenent Guil. Alb. de rosa. Ange. ⁊. d. Alex. in. d. l. more. Bal. in. l. acceptaz. in. ij. qd. C. de vsu. ⁊ notabiliter Salic. in. d. l. non minorem. ⁊ stante hoc ꝙ solutio regulariter possit fieri etiã de nocte seqtur qd idem erit in
44 ptestatione. ¶ † Querit Bar. cui debeat fieri ista ptestatio: ⁊ cõcludit notabiliter: ꝙ ita demũ potest fieri procuratori in subsidio qñ principalis haberi non pot: de quo plenius dixi in precedenti specie ptestationis: vbi feci mentionẽ de verbis Bar. itẽ inquantum Bar. facit differentiã an conditio negatiua ponatur in legatis. an vero ponat in institutione: p glos. not. in. l. si quis instituatur heres in diem. in. §. j. in verbo prefinit tempus. ff. de here. insti. Barto. in. l. hec conditio si in capitoliũ. ff. de condi. ⁊ demon. dic qd ratio differentie est: qz fauorabilior sit interpretatio in institutione: in qua tractat de maiori preiudicio: ꝙ fiat in legatis. gl. est in. l. si plures. in gl. fi. ff. de condi. insti. Bar. in. l. sub ꝯditione post glos. ibi

8 ¶ Interponi de nocte. Adde doc. i. c. ꝙ ad ꝯsultationez. de re iudi.

gl.ibi.ff.de here.insti.pbatur optime.in.l.pe.§.j.iuncto.§.illo:C.
de neces.ser.here.insti. Ultimo tene menti illud qd signanter vult
45 Bar.in fin.istius ptestationis incitatorie† qd si ex dispositione le-
gis vel statuti quis debeat incidere in penam si certum quid non
fecerit: non expectatur illud qd desinat illud posse facere: vt inci-
dat in penam: sed quãprimum est in gradu qd possit facere: et si in
mora faciendi: incidit in penam: vt in vltimis voluntatibus: lz sit
secus in cõtractibus.l.ita stipulatus magna.de ver.obl.et.l.j.§.itẽ
si ita.ff.ad.l.fal.et istud multũ no.Jo.de imo.et do.Alex.hic in vl-
ti.col.pondera ergo Bar.velle qd dispositio statuti equiparet vl-
timis voluntatibus et non cõtractibus: ex quo correlarie infertur
quod statuta debent regulari sm leges loquentes de vltimis vo-
luntatibus et non de cõtractibus.idẽ tenet Bar.in.l.j.per gl.not.
ibi.C.de his quib.vt indig.Quis alibi de hoc dubitet Bar.et re-
linquat cogitandũ.in.l.suus quoqz.§.fi.in.ij.col.ff.de here.instit.et
in.l.j.ff.de in diem adiec.et cõtrarium tenet Bal.in.l.oẽs populi.
ad fi.s.de iusti.et iur.et in.l.cõtractus.ad fi.C.de fi.instru.quem re-
probant Lud.et Moder.in.l.iij.§.cato.in vlti.chart.ff.de verbo.
oblig.et Lud.in.l.vnica.in.iiij.q.C.qñ non peten.par.vnde prece-
dens opinio est vera et cõis: quam etiam tenet Bald.in ti.de pace
constan.in verbo in criminalibus.et in.l.et si post tres.in.ix.col.ff.
si quis cau.et in.l.penul.in.ij.col.C.de verb.sig.et in.c.fi.in.vij.col.
de consti.Ludo.ro.in cõsi.cxxiij qd incip.circa primum dubium
quo queritur an de iure cõmuni.in.ij.col.Confirmo istam conclu-
sionem quia bonum est argumentũ de testamento ad statutum: et
econtra.l.si.C.de reb.alie.nõ alie.et.§.disponat.in auť.de nup.col-
la.iiij.no.Ang.in.l.j.ff.de acquir.here.per tex.quem ad hoc repu-
tat singularem.in.l.iiij.C.de omni agro deser.lib.xj.Scdo facit:
per oẽs modos per quos cõiecturatur mens testatoris: per eosdẽ
coniecturatur mens statuti sm Ange.in consil.cclxx.quod incip.
Marti.Jo.de Floren.in.iij.col.ad fin.Tertio facit: qr prohibitio
testatoris equiparatur prohibitioni statutarie sm Pet.de anch.
in consi.c.qd incip.plura sunt dubia.Quarto accedat: quia plus
potest statutum qz testator: quantũ ad derogandum iuri publico
formali: nam statutum vel consuetudo potest derogare solennita-
ti requisite in testamentis.l.si non speciali.et.l.fi.C.de testa.testator
autem non posset.l.testandi.C.eod.iuncta.l.nemo potest.ff.de le-
gat.j.et sic bene habes expeditam totam repetitionem Bart.hic.
¶ Ultra commentaria Barto.pro complemento presentis ma-
terie teneas menti in practica famosum et singulare dictum Inno.
in.c.cum a.de elect.quod referunt et sequuntur domi.Jo.de imo.et
46 Alex.hic ad fi.† qd citatus comparẽs coram aliquo iudice ordi-
nario vel delegato: non debet simpliciter protestari qd per actum
quem facit vel in futurũ faciet non intendit vllo modo in eum con
sentire: quia si ita simpliciter protestaretur: iudex posset ex hoc eum
reputare contumacem: et procedere contra eum tanqz contuma-
cem: per remedia que cõpetunt contra contumaces: puta per im-
positionem mulcte: vel per excõmunicationem: vnde cautela est:
quam totus mundus sequitur: qd in tali ptestatione addat qd non
intendit in eum consentire nisi si et quatenus a iure arctetur.et di-
cit Innocẽ.qd fatuus est qui aliter protestatur: allegat tex.in.c.ex
parte.el.j.in versi.ad intelligendum ibi: quia citatus stare noluit
iuri.de verb.sig.sequuntur Jo.an.Bal.Imol.et do.Abb.in.d.c.
cumana.et dicit ibi do.Abb.qd canoniste et legiste communiter se-
quuntur istud dictum Inno.quamuis do.Anto.de but.ibi in vl-
tima col.tenet contrariũ: sed eius fundamentis respondet ibidem
Abb.vt ibi per eum.Idem cum Inno.tenent Imol.et do.Abb.
in.d.c.cum M.Ferrariensis.do.Abb.in.c.fi.de dolo et contuma.
Bal.in.c.j.ad fi.in ti.an apud iudi.vel cur.do.questio feu.et in.c.j.
in.iij.col.de mili.vasal.qui cõtumax est.in vsib.feudo.et in.l.ij.per
illum tex.in fi.C.vbi quis decuria.vel coarcta.Idem tenet Ange.
in.l.non videtur.la.ij.ff.de iudi.vbi dicit se ita practicasse contra
quendam magnum aduocatũ: qui ex hoc fuit valde iratus.idem
Ange.in.§.j.in.ij.col.in auť.de exhib.reis.et in consi.cxxiij.quod
incip.in causa accusationis pducte per Philip.Imol.in.l.qui-
dam consulebant.in vlt.col.ff.de re iudi.et in.l.si ita scriptum.ff.de
leg.j.Ludo.ro.in.l.qui in aliena.§.fi.ff.de acquir.hered.Tu adde
illud quod pulchre consuluit Pet.de ancha.in consil.xxxij.quod
incip.per statutum in causa in qua agitur et c. vbi singulariter te-
net quod si in causa requirente libellum aliquis porrexerit peti-
tionem solennem cõtinentem omnia que sunt de substantia libel-
li et adiecit clausulam que semper apponitur in libellis videlicet
non in formam solennis libelli sed qualis qualis petitionis et sim
plicis facti narrationis.qd propter illam clausulam super tali pe-
titione tanqz inepta procedi nõ debet et si procederetur iudicium
esset nullum: quia cum libellus sit fundamentum et substantia iu-
dicij: vt not.in.c.j.de libel.obla.et in auť.offerantur.C.de lit.con-
testa.certe per talem protestationem manifeste apparet: qd noluit
istam petitionem producere per modum solennis libelli: ergo da
to quod alias talis petitio fuisset apta et solennis: postquam eius
intentio expresse refragatur: non potest super ea procedi: per re-
gulam.l.multum.C.si quis alteri vel sibi.et.c.cum super abbatia.
de officio deleg.item quia continet expressam repugnantiam ex-
presse resultantem ex verbis: igitur actus vitiatur.l.vbi repugnã
tia.ff.de regu.iur.vnde cautela est qd predictis verbis addat nõ
in formam solẽnis libelli sed qualis qualis petitionis et c. nisi vbi
et quatenus solennis libellus a iure requireretur.qd bene no.in pra
ctica quia vidi iam in facto obtineri. ¶ Successiue in ista mate-
47 ria protestationum addet† qd si dico alicui tu mentiris qd est ver-
bum iniuriosum sm Bar.in.l.item apud labeonem.§.j.ff.de in-
iur.et in.l.que omnia.de procu.licet protestet et dicam saluo ho-
nore vel salua reuerentia tua: talis protestatio me non iuuat quin
tenear actione iniuriarum: ita not.Bald.et alij in.l.si quis extra
neus.in princip.per illum tex.ff.de acquiren.hered.et ibidẽ Bar
to.assignat rationem: quia verbum iniuriosum precedens: decla-
rat qd non hz voluntatem seruandi illi honorez.l.si non conuicij.
C.de iniu.pondera istã rationem Bar.que innuit qd si primo pre
cederet ptestatio quam diceretur conseruaret honorem.et nõ te-
neretur iniuriarũ: puta si dicerem salua reuerentia tua vel tuo hono
re tu mentiris.et ita ponderat Ang.in repertorio suo in dictione
verba illa tu mẽtiris.sed credo qd siue illa protestatio precederet:
ret: siue sequeretur: qd non esset differẽtia: et vtrobiqz teneretur in
iuriarum: eo qr protestatio contraria actui non dependenti a po
testate ptestãtis nihil operatur presertim quando factũ est poten
tius ptestatione.c.solicitudinem.in fin.de appellatio.not.in.d.c.
cũ M.ferra.et dictũ est.s.post Bar.in prima specie protestatio-
nis. Preterea ista protestatio simultanea est contraria actui q ge
ritur: ergo ratione repugnantie vitiatur p regulã.d.l.vbi repu-
gnantia firmat Bart.s.in prima specie protestationis vbi dixi.
Tertio in his que simul fiunt non refert an sequatur.vt no.Bar.et
alij.in.l.si ita sit scriptũ.s.de leg.j.Teneas ergo indistincte deci-
sionem Bar.in.d.l.si quis extraneus.et adde qd idem tz Albe.de
rosa.in secunda parte statutorũ.in.q.xlij.que incipit.Sed quid
si quis dicat.do.Abb.in.c.cũ te.de re iudicata.et in.c.eam te.de iu-
reiur.do.Alex.in.l.iij.in prin.ff.de libe.et posthu.et in.l.turpia.in
prin.ff.de lega.j.et in.l.si.qd quisqz iu.et ista est cõmunis et vera sen
tẽtia: reperio tamen Spec.expresse tenentem contrarium: de quo
scribentes non faciũt mentionẽ.in titu.de aduocato.§.iam nunc:
in versi.hoc caue.vbi tenet qd si dico tu mentiris salua tua reuerẽ
tia: qd non teneor tibi iniuriarum. Tene conclusionem: ex qua in-
fertur qd si contra testes contra me productos opponam qd sunt
infames criminosi et ribaldi premissa protestatione qd ista non di-
co animo eis iniuriãdi: talis protestatio nihil releuat: vt patet ex
predictis: aliud bene releuat: quia non presumitur qd dicta verba
dicam animo iniuriandi: sed principaliter ad defensionem iuris
mei: sm Guil.de cu.Bal.Ange.Sali.et alios in.l.fin.ff.qd quisqz
iur.Angel.l.item apud labeonem.§.quod ait.et in.l.iniuriarum.
§.si quis.ff.de iniur.accedat ad predicta simile: si dico alicui tedet
me qd fueris condemnatus de falso: teneor actione iniuriarũ: quia
presumitur qd dixerim animo iniuriandi: licet prepoluerim illa
verba tedet me sm Angel.in.l.vestem.ff.de iniur. Postremo in-
quantum Barto et alij omnes post eum faciunt quatuor species
48 protestationum† credo qd debeat addi quinta species: que appel-
latur protestatio cõseruatoria vel reseruatoria iuris: de qua pro-
prie loquitur tex.in.c.solicitudinem.de appel.et in.l.si debitor.§.j.
ff.quibus modis pignus vel hyp.sol.Quis Bar.ista iura ponat
sub prima specie declaratoria.Ista protestatio conseruatoria cre-
do qd sit duplex.quedam enim est conseruatoria solius iuris pro-
testantis prout est in causa.d.c.solicitudinem.vbi protestans non
agebat declarare voluntatem: sed agebat conseruare ius appella
tionis interposite: ne tolleretur procedendo coram metropolita-
no: similiter in.d.l.si debitor.§.j.qñ consentio saluo iure meo: ista
est protestatio reseruatoria iuris protestantis: et operatur ne con-
sensus eius sibi preiudicet.De ista protestatione cõseruatoria iu-
ris protestantis: pono aliqua notabilia exẽpla.primum exẽplum
est pone qd aliqua res datur insolutũ creditori debet creditor ex-
presse protestari: qd si contingat talem rem ab alio euinci: qd a pri-
ma obligatione et actione nõ discedatur.ista protestatio est vtilis
ppter fideiussores qui sunt dati in prima obligatione: cõtra quos
alias nõ daretur regressus nisi facta dicta protestatione reserua-
tionis.certe ista protestatio est cõseruatoria iuris: nõ autẽ declara
toria: nisi largo modo.ita Bar.in.l.si quis aliam.in prin.in.j.op-
posi.ff.de sol.et in.l.eleganter.in prin.ff.de pig.act.Bal.et Ange.
in.l.libera.C.de sent.et interlo.om.iudi.do.Bartho.Veronen.in
cautela.clxix.al's.cccl.et ista ptestatio adhuc esset magis secura: si
in instrumento dationis insolutũ creditor expresse protestaretur:
saluo iure in hypotheca: et contra fideiussores primos al's per da-
tionem insolutũ simpliciter factã: fideiussores primi censerentur li-
berati vt in locis pall. Aliud exemplũ qñ creditor recipit sortem
principalẽ dz tunc expresse ptestari: saluo sibi iure petẽdi penam:

vel petendi interesse: p talem em̄ protestationem: reseruat sibi ius petendi accessoria: alias recipiendo simpliciter sortem principalem sine dicta protestatione reseruatoria: sibi preiudicaret in accessoris s̄m quod notabiliter declarat ⁊ distinguit Bar. in l. fi. in vlti. col. ff. de eo quod certo loco. Spe. in titu. de arbitro. §. sequitur. ver. sed pone ꝙ dn̄s recipit. Aliud exemplum quādo creditor plures h̄z insolidū obligatos: ⁊ recipiendo partem ab vno debet p̄testari ꝙ recipit saluo iure solidi. ⁊ sic cum reseruatione petitionis residui s̄m docto. in l. si creditores. C. de pac. Bald. in l. si ex toto §. j. ff. de lega. j. Aliud exemplum. Emphyteota vel vasallus alienat sine consensu directi dn̄i. ⁊ instrumento facit protestationē reseruatoriam: sub conditione si dominus non reuocauerit: al's sit inempta: certe per talem protestationem hoc modo factum reseruat sibi ius suū ne cadat propter alienationem: ita singulariter tenet Barto. in l. si quis locuples. per illum tex. ff. de manumis. testa. Eodem modo si emphyteota vel vasallus alienat sine consensu domini cum protestatione cōditionali si dn̄o placuerit: vel sub conditione si cōsensus dn̄i accesserit certe ista protestatio sic facta conseruat ius: ⁊ facit ne cadat a iure emphyteotico: quia est perinde ac si domino fuisset predictum ⁊ eius consensum habuisset. ⁊ l. final. C. de fu. col. patri. lib. xj. ⁊ l. qui absenti. §. j. ff. de acquiren. possess. Ita tenet Alberi. de rosa. post Alberi. papi. in l. fi. in vlti. colum. C. de iure emphy. Io. ardizo. in summa feudorum. in titu. quibus modis feu. amit. in Rubri. sua. que incipit si vendidit sub conditione Bal. in c. j. §. hoc quoq̧. in vlti. colum. de succes. feudi. vbi ad hoc alleg. tex. pro notabili. in d. l. si quis locuples. Idez tenet Iaco. alua. in c. j. in princip. in penul. colum. de probi. feu. alie. per Federi. Eodem modo si emphyteota vel vasallus alienat: sine consensu domini cum protestatione conditionali: hoc modo facta: vendo ⁊ alieno tibi si ⁊ inquantum de iure possum: ⁊ non aliter: certe etiam si sequatur traditio: per talem protestationem reseruatur sibi ius: ⁊ excusatur a pena caducitatis: ita singulariter Bal. post Iac. ardizo. in d. c. j. hoc quoq̧. in penul. colū. de succes. feud. vbi dicit ꝙ ita alias habuit consulere de facto limitando tamen vt ibi per eum. Idē tenet Iaco. alua. in d. c. j. in prin. in penul. colum. de probi. feu. alie. per Federi. Secus autē esset qn̄ emphyteota vel vasallus venderet sine consensu domini: ⁊ ita traderet adiecta protestatione saluo ⁊ reseruato cōsensu domini ⁊ non aliter: tunc enim talis protestatio nihil operatur ita procedūt que dixi supra in prima specie ꝑtestationis declaratorie ad finem. ⁊ sic illi ablatiui absoluti non ita reddunt alienationem cōditionalem vt in proxime precedentibus s̄m qd̄ declaraui. in rub. ff. solu. matri. Tolle aliud exemplum qn̄ emphyteota cessauit soluere canonem emphyteoticū tp̄e congruo: si postea soluat: ⁊ dn̄s recipiat cū p̄testatione: ꝙ reseruat sibi ius caducitatis: certe talis protestatio est conseruatoria iuris priuandi emphyteotam: in quo iure sibi p̄iudicasset si pensionē sine dicta protestatione recepisset: vt est gl. ordinaria. in c. potuit. ⁊ ibi scribentes. de loca. ⁊ est tex. in l. ij. in princip. ⁊ ibi Bald. ad hoc no. ff. si quis cau. Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. in versi. xxv. ponunt docto. in l. ij. C. de iure emphy. Similiter si vasallus infra annum[a] ⁊ mensez post mortē dn̄i nō petat inuestituram feudi ab eius heredibus: cadit a iure feudi. vt c. j. quo tp̄e miles inuestit. in vsibus feudorum. certe si heres dn̄i post annum ⁊ mensem recepit vasallū ad obedientiam: videtur sibi remisisse ingratitudinez more ob inuestituram nō petitam cōgruo tp̄e. Ideo expresse protestari d̄z saluo ⁊ reseruato iure priuationis feudi s̄m Bald. in d. c. j. in ij. colum. quo tp̄e miles. ⁊ in c. q̄ in ecclesiarum. in xv. colū. de constit. Posset tn̄ dici in isto vltimo exemplo ꝙ ista sit protestatio declaratoria actus dubij: q: dn̄s declarat mediāte tali ꝑtestatione: quod non intendit remittere ius caducitatis: attento qd̄ emphyteota cessans soluere temporibus congruis non per hoc cadit a iure suo: nisi demum dn̄o volente ⁊ declarante ꝙ velit eum cecidisse: vt est tex. in l. ij. in verbo volenti ⁊ in verbo si voluerit: ⁊ ibi Barto. ⁊ doc. no. C. de iure emphyteo. Tolle aliud exemplum in emphyteota q cessauit in solutione canonis emphyteotici per tempora congrua: quo casu quāuis possit expelli: tn̄ pōt morā suā purgare celeri satisfactione. vt in c. potuit. de loca. d̄z ergo dn̄s esse b̄n cautus: q: elapso tp̄e soluendi debet statim ꝑtestari: etiam absente emphyteota: ꝙ non intendit eū amplius habere p emphyteota: certe talis protestatio operatur ⁊ impedit ne possit morā celeri satisfactione purgare: alias si non faceret talē ꝑtestationem posset moram suam purgare: ita t̄z do. Bartho. vero. in cautela. clxxxij. que incipit tu scis ꝙ emphyteota. ⁊ l3 ipse non dicat ante eū: idem notabiliter tenet do. Abb. in ij. volu consi. in consi. lxvij. qd̄ incipit in causa que vertit. in ij. col. Lud. ro. in ɔsil. ciij. qd̄ incipit viso proposito. q. themate. in ij. co. do. Alex. in iiij. volu. consi. cvj. qd̄ incipit viso themate. in. iiij. col. sed tu aduerte: posito qd̄ istud esset verum: de quo tamen plenius dixi in l. ij. C. de iure emphy. certe ratio huius conclusionis est. t: ꝙ declarata dn̄i voluntate statim ipso iure emphyteota pri-

a Annot. ad de Cal. ɔsil. vij. inci. an feudatarius teneat in ti. de feu. pet. d̄ anch. consi. clxxiij. inci. dn̄s lazari⁹ fuit īuestit⁹ de q̄dā feudo. Car. zaba. ɔsil. xxxiiij. inci. circa primū dubiū duo p̄ncipal'r sunt vidēda. ab. ɔsi. lxxxij. inci. ɔditoris oīs postulatio suffragio §. ij. co. j. vo. idē Ab. ɔsi. iij. ici. nitar in p̄nti. i. ij. volu. Io. de ana. ɔs. xxx. incipi. vltra alia dubia Lud. ro. ɔs. xxvij. ici. viso them. mihi pposito. i pri. Pau. d̄ ca. ɔsi. clxij. inci. circa id de quo queritur.

uatus intelligit: adeo ꝙ alia sn̄ia declaratoria nō requiritur: put tenent doct. in d. l. ij. C. de iure emphy. sed sic est ꝙ vbi executio fit a lege ipso iure: ibi amplius non est locus purgationi more. l. traiectitie. §. de illo. ff. de actio. ⁊ obli. ⁊ l. si is cui. ⁊ ibi not. Bar. ff. de leg. ij. Bar. ⁊ doc. in l. si insulam. ff. de ver. obl. ⁊ hoc respectu posset dici: ꝙ etiam ista protestatio censeatur declaratoria volūtatis.

49 † Quedam ⁊ secunda est protestatio conseruatoria iuris alterius q̄ protestātis: vt est qn̄ testator legat fundū alicui saluo ⁊ reseruato iure coloni: ne per legatariū expellatur. de quo per Bal. in l. si. in ij. col. C. de vsufru. vsu. ⁊ habi. per Bart. ⁊ alios in l. si qs legauerit. ff. de leg. j. per Ang. in l. si in venditione. ff. cōmu. pred. vel qn̄ iudex in sentētia diffinitiua reseruat sibi expresse taxationē expensarum: vel qd̄ fortius est reseruat sibi condēnationem expēsarum. l. terminato. ⁊ ibi glo. ⁊ Bar. C. de fruc. ⁊ lit. expen. qd̄ vltimum: an possit reseruare condemnationem expensarū nō transit sine magno dubio: vt habes per Moder. in l. paulus. j. ff. de re iudica. vel qd̄ iudex ꝑfert sn̄iam diffinitiuā super principali: ⁊ reseruat sibi condēnationem fructus qn̄ de fructibus non liquebat iudici: vel qd̄ est sine dubio quando reseruat sibi declarationē ipsorum fructuū s̄m Spec. in tit. de alleg. ⁊ dispu. §. j. versi. quid si de fructibus. Bal. in d. l. terminato. Ang. ⁊ Moder. in d. l. paulus. Item qn̄ iudex in sn̄ia dicit pronuntio tali modo saluo eo qd̄ infra dicam: vt est glos. ordi. in l. item labeo. §. j. in glos. parua. in verbo pure. ff. fami. hercis. Bal. in ti. de pac. constan. in xxxj. col. Angel. notabiliter in consil. cclxxxix. qd̄ incipit thema tale est inter cetera capitula pacis. vel qn̄ iudex in sententia diceret condemno te in mille: saluo ⁊ reseruato nisi infra decem dies probaueris te soluisse s̄m Specu. ⁊ Io. and. in ti. de senten. §. spes. in versi. quod si iudex precepit. facit ꝙ vult glo. Bar. in l. obligationum fere. §. conditio. ff. de act. ⁊ oblig. Bar. ⁊ alij in l. ait pretor. §. si iudex. ff. de re iudi. vel quando episcopus in sententia reseruaret sibi denuntiationem pene arbitrio suo: vt notabiliter per Bal. in auc. interdicimus. in fi. C. de epis. et cleri. vel quando iudex in immissionem in possessionem diceret: saluo ⁊ reseruato iure legitimi possessoris vt per Bald. notabiliter. in l. fi. in quarta questione. C. de edicto diui adria. tol. post Bar. in l. illa quo. §. j. ff. ad trebel. potes etiā p̄ponere alia exempla de ista protestatione cōseruatoria iuris alterius prout habes tex. in c. cum longe. in verbo saluo ⁊ reseruato vniuscuiusq̧ prouincie priuilegio. lxiij. dist. vel prout habes text. in c. saluo. ix. q. iij. Et per ista cum laude omnipotentis dei sit impositus finis huic materie protestationum. Sed q̄uis in ista materia proposuissem nihil amplius dicere: tamen ex accidēti circa istam protestationem conseruatoriam iuris protestantis: vltra ea que

50 dicta sunt: subijcio aliud notabile ⁊ quotidianum exēplum: † pone aliquis est immunis vel exēptus a muneribus et collectis quibuscunq̧: iste soluit collectas vel subijt munera: cum protestatione ꝙ nō intendit preiudicare vel derogare sue immunitati vel exemptioni: certe per talem protestationē conseruat sibi ius sue immunitatis vel exemptionis: dato etiam ꝙ voluntarie soluat. ita tenet Cyn. in l. voluntarie. in v. q. C. de excu. tuto. ⁊ est tex. notabilis in l. j. ⁊ in l. fin. C. de his qui sponte mune. suscep. lib. x. ⁊ per illum tex. in d. l. j. ibi Bar. no. ꝙ qui subijt onera sponte: debet ꝑtestari: ne preiudicetur sibi vel priuilegio suo: ⁊ ita dicit Barto. fecisse qn̄ fuit sibi imposita prestantia: de qua poterat se excusare: sed noluit nam fecit scribi in catastro seu libro solutionum: ꝙ istud faciebat non animo preiudicādi sibi in priuilegijs suis: ⁊ in pactis sibi factis ⁊ sequuntur Bal. ⁊ do. Abb. in c. cum accessissent. de constit. Ludo. ro. in consil. cclij. qd̄ incipit pro decisione ad si. Idem tenet Bal. in c. plerūq̧. de rescrip. ⁊ ibi dicit idem esse si exemptus soluat cum ꝑtestatione: ꝙ immunitas sua sit sibi salua. Accedat qd̄ tenet Bald. in regula accessorium. de reg. iur. lib. vj. in apostillis suis: ꝙ potest quis protestari ꝙ nō intendit renuntiare aut derogare priuilegio suo: ⁊ valet talis protestatio: cum actus voluntarij possint per protestationē limitari. l. ij. in prin. ff. si quis cautio. et ita referunt et sequuntur Moder. in c. solicitudinem. ad fin. de appel. Item limita. d. l. j. ⁊ fi. C. de his qui spon. mune. susce. lib. x. vt per do. Alex. in consi. j. ꝙ incipit visis instrumentis exemptionis. in vj. col. lib. j.

2 Eoipso ꝙ res alicui pignori obligat: videtur creditor quodammodo factus procurator in re sua: pro tuēdo iure rei pignoratę.

3 Cessionarius potest intentare actionem cessam: etiam contra cedentem.

4 Licet creditor pro re pignorata habeat hypothecariam: tamen pro seruitute debita rei pignorate habet vtilem confessoriam.

5 Habens castrum pignori in quo erat ecclesia in qua dominus habebat ius patronatus: si vacat rector: potest creditor presentare vnum rectorem.

6 Bona est consequētia illi competit ius nuntiandi nouum opus: qui habet ius vendicandi seruitutem.

Quando

7 Quando ratio legis patitur vnam fallentiam: non dicitur bona
ratio: eo quia ratio debet esse ratio generalis.
8 Argumentum a simili bene valet.

1 Creditori †Creditor ratione seruitutis de-
bite fundo pignorato: pōt opus
nouū nuntiare: sicut etiā pōt vtilē confessoriā intētare.
2 h.d. ¶ †No.i.ex isto tex.ꝙ eo ipso ꝙ res alicui pigno-
ri obligatur: vr̃ creditor quodāmodo factus procurator in re sua:
pro tuendo iure rei pignorate. facit tex.in.l.i.§.fi.ff.de remis.alle.
in gl.⁊ in.l.si pignori.⁊ qđ ibi notaṫ.ff.fa.her.facit in fi.tex.i.l.i.§.
fi.ff.vsufruc.quemadmodum caueat. iuncto eo qđ vidimus in.l.i.
3 §.fi.s̃.eo. ¶ †Secundo not.ƀm Bart.hic videri tex.intelligendo
eum generaliter: quod cessionarius pōt intentare actionē cessam:
etiam contra cedentem: qđ videtur esse cōtra tex.⁊ glos.in.l.ij.vbi
Bar.⁊ alij no.s̃.eo. Cum etiā cessionarius sit pcurator in rē suaꝫ:
vt no.in.l.qui stipendia.C.de procurat.in.l.i.C.de actio.⁊ obli.er-
go non pōt contra seipsum venire. propter hoc dicit Bar.ꝙ iste
tex.dꝫ restringi: qđ potest contra aliū sed non cōtra ipsum dñm: ⁊
circa hoc alij scribentes nihil addunt. Tu aduerte aut Bart.vo-
luit inducere istum tex.respectu nuntiationis: ⁊ sic quod creditor
possit nuntiare nouū opus rōne seruitutis debite predio ignora-
to: etiam cōtra ipsum debitorē qui est dñs predij: ⁊ sic qui edifica-
bat.⁊ certe contra eum non vr̃ ꝙ res propria debeat seruitutem.l.
vtifrui.in prin.ff.si vsusfru.pet. aut Bar.voluit inducere istū tex.
dum loquitur de vēdicatione seruitutis: ⁊ certe restrictio sua non
videtur bona. Nam cū isti creditori cōpetat vtilis confessoria: ⁊ sic
vtilis vendicatio: vt hic in glo. certe vtilis pōt bene intentari cō-
tra cedentē: eo quia cessionarius tunc non agit tanꝙ̃ procurator.
sed tanꝙ̃ vtilis dñs: vt est gl.approbata in.l.si culpa.ff.de rei ven.
no.Bar.⁊ alij in.l.i.§.fi.s̃.eo.⁊ isto scđo modo crederem ꝙ Bar.
4 non possit defendi. ¶ †Tertio no.ex isto tex.iuncta glo.ꝙ lꝫ cre-
ditor pro re pignorata habeat hypothecariā.§.item seruiana.in-
sti.de act.tñ pro seruitute debita rei pignorate: hꝫ vtilem cōfesso-
riam. Ex quo correlarie sequiṫ ꝙ creditor pōt prosequi iura ser-
uitutis debita fundo pignorato.⁊ ex hoc colligit Bal.arg.in hoc
5 tex.†ꝙ habēs castrum pignori in quo erat ecclesia in qua dñs ha-
bebat iuspatronatus: si vacat rector ꝙ possit creditor presentare
vnum rectorē: de quo habeṫ in.c.cuꝫ bertoldus.de re iudi. Tu dic
ꝙ veritas est ꝙ vniuersitas temporalis: in qua est iuspatronatus
potest pignori tradi sicut etiā potest vendi.c.cum seculū.de iure-
patro.⁊ in.l.in modicis.vbi gl.est.ff.de cōtrahen.emp.gl.in.c.pie
mentis.xvi.q.vij.sed iuspatronatus in cōtractu singulari pigno-
ris non transit in creditorem: vt est tex.reputatus sing.in.d.c.cuꝫ
bertoldus.vbi Abb.⁊ alij ita no.ad hoc ⁊ cōcludunt. ¶ Quarto
6 not.ex hoc tex.†ꝙ ista videṫ esse bona cōsequentia: illi cōpetit ius
nuntiandi nouum opus qui habet ius vendicādi seruitutem.fa-
cit tex.in.l.i.§.ius.et.§.item iuliano.j̃.de remis.in contrarium vi-
detur tex.in.l.qui viam.j̃.eo.de hoc fuit dictum in.l.i.§.fin.s̃.eod.
¶ Glo.in verbo vendicatio: quam diuide in tres partes. In pri
ma remouet vnum contrarium. In scđa remouet aliud. In tertia
allegat duos concordantes ad tex.secunda ibi: ⁊ caue.tertia ibi: et
facit. ¶ In ea.glos.ibi: hic non est bona ratio quia fallit in eo ⁊c.
7 ¶ †Not.ꝙ quādo ratio legis patitur vnam instantiam vel vnam
fallentiam nō dicitur bona ratio: eo qr non est generalis: propter
hoc quotidie allegaṫ ista glo.ꝙ ad tollendū ꝯsequentiam: sufficit
dare vnā instantiam: ⁊ istud clare dicit glos.in.c.sicut vrgeri.i.q.i.
Adde gl.in.l.manumissiones. in verbo genera.ff.de iusti.⁊ iu.gl.
in.l.iij.§.incertam.in verbo titius.ff.de acquir.pos.⁊ gl.in.l.illud.
C.de colla.⁊ in.l.i.in gl.pe.C.de p̃scrip.long.tem.⁊ in.l.i.C.de ser.
fug.⁊ in.l.quia.ff de pac.⁊ in.l.sinaūt.§.possidere. ff.de rei vendi.
et in.c.fi.in verbo ꝗuis.de pcu.in.vi.⁊ in.c.fi.de re iudi.in.vi. Sed
aduerte ꝙ Sali.in.l.precibus.in.ij.colū.ad fi.C.de impub.⁊ alijs
substi.formaliter dicit ꝙ miseri canoniste ita rñdent: ꝙ per datio-
nem instantie tollaṫ consequētia: sed istud dicit nunꝙ̃ sibi placuis-
se: quia a regula recedere non debemus ꝑpter aliquem specialem
casum ⁊ diuersum ab eo de quo querimus: vt.l.ius singulare.et.l.
qđ vero contra.ff.de legi.⁊ maxime ƀm eū in separatis.l.naturali-
ter.§.nihil cōe.ff.de acqui.pos.l.papinianus exuli.ff.de mino.sed
certe ista etiam est regula Aristo.in.viij.topicoꝝ.vt refert glos.in
d.c.sicut vrgeri. Scđo aduerte ꝙ Aret.in.l.ex facto.in prin.in.vi.
not.ff.de vulga.⁊ pupil.not.ex illo tex.ꝙ qñ duo sunt regulariter
equiparata: lꝫ detur instantia ⁊ diuersitas in quibusdā: nihilomi
nus pōt argui de vno ad aliud.ibi em̃ arguit iuriscōsultus de sub-
stitutione pupillari ad exēplariam: vbi est idētitas rationis: licet
in quibusdā differāt vt ibi habeṫ: ⁊ tñ dantur instātie: vt.l.huma-
nitas.C.de impu.⁊ alijs substi.⁊ in.§.qua ratione.instit.de pupil.
substi.⁊ si dicaṫ ꝙ istud sit cōtra regulā istius gl.vt in.d.c.sicut vr-
geri.qr ad tollendā ꝯsequentiā sufficit dare instantiā.rñdet Arc.
ꝙ precedens notabile: pcedit qñ agiṫ de extendēdo vnū ad aliud
virtute regule ille equiparanṫ: quia si regulr̃ equiparanṫ sufficit
licet dentur alique instātie: vt per gl.in.l.si quis seruo alieno per-
suaserit.C.de fur.in.l.qđ vero cōtra.ff.de legi.sed qñ extēsio debet
fieri ex idētitate rationis: tunc ratio qr patiṫ instantiā non est bo-
na: qr non est gñalis: ideo ex ea nō fit extensio vt hac glo.⁊ ibi ple-
nius traditur per Are. ¶ Tertio adde ꝙ cōtra regulā huius gl.
8 videtur facere: †quia pcedit argumentū a simili[a].licet nō sit oīno
a simile: sed detur dissimilitudo ⁊ detur instantia.c.cōstitutus.et ibi
do.Abb.in.iij.no.ad hoc no.de ap.vbi papa arguit de nuntio ad a ¶ Simil. Adde gl.in
pcuratorē inter quos sunt differētie ⁊ dantur instātie.l.multū in- l.i.de leg.iij.
terest C.si quis alteri vel sibi.ad idē tex.in.c.quēadmodū.de iure- doct.i.l.i.ff.
iuran.vbi papa arguit a matrimonio cōtracto ad contrahendū et de offi.eius
ecōtra: ⁊ tñ ibi datur instātia per regulā.l.patre furioso.ff.de his Inno.in.c.
qui sunt sui vel alie.iur.vbi iuriscōsultus dat instātiam: qr minus qualiter.de
impediunt matrimoniū cōtrahendū quam nō tollunt iam cōtra- accusa.
ctum ad idē tex.in.c.cū dilecta.⁊ ibi do.Ab.de cōfir.vti.vel inuti.
idem do.Abb.in.c.trāslato.de constit.idē ꝙ bonū sit argumentū
a simili etiā vbi nō est oīno da similitudo: sed datur instātia.tenet
do.Ant.de but.in.c.non debet.in pe.col.de cōsan.⁊ affi.⁊ pro hoc
soleo ponderare.tex.in.l.fin.vbi dixi.C.de colla.vbi tex.arguit de
castrensibus vel quasi ad aduentitia: et tñ dantur multe: vt patet
pro solutione ad aliam regulam: ⁊ ad regulam huius gl.cōclude
sufficere ꝙ in illa materia in qua arguiṫ sit similitudo rationis: et
identitas: licet in alijs sit dare instantiā.ita proprie loquitur tex.
in.d.l.fi.C.de colla. Ibi em̃ castrensia vel quasi: ideo nō cōfereban
tur etiā de iure antiquo: qr etiam si remāsisset in potestate patris:
illa non fuissent quesita patri.istamet ratio militat in aduentitijs
quo ad illam materiā: ⁊ istud sufficit licet quo ad aliā reperiantur
instantie. Hinc dixit do.Abb.in.d.c.constitutus.in.iij.no.ꝙ mo-
dus destruendi argu.a simili est probare dissimilitudinem in illo
actu ad quem fit collatio. Hinc etiam not.do.Abb.in.d.c.quēad-
modum.in.i.no.p illū tex.ꝙ valeat argumentū a simili data simi-
litudine in eo ad qđ confertur: licet in alijs nō sit omnino similis.
ita tenet Jo.an.in.c.non potest.de preben.in.vi. Hinc est ꝙ glos.
nostra ponit instantiam in materia in qua arguit iurisconsultus.
¶ In ea.gl.ibi: sed ea est bona quia ipsius fundi petitio ei datur.
Ista ratio gl.peccat eodē morbo quo gl.reprobat rationem iuris-
consulti: quia similiter ei obstat illud qđ dicitur de seruitute rusti-
ca.in.l qui viam.j̃.eo.vnde dicunt Jaco.de are.Dy.et Albe.hic:
ꝙ ratio tex.est bona hoc modo sane intellecta. Cuicunꝗ̃ datur pe
titio seruitutis in ea re que est apta nuntiationē recipere: ibi etiam
potest nouum opus nuntiare.ita loquitur tex.hic.⁊ in concordan.
allegatis.s̃.in vltimo not.secus vbi res vel materia non sit ad hoc
apta.d.l.qui viam.de qua lege fuit dictum.in.l.i.§.fi.s̃.eo.

Jason.

1 ☞ Nuntiatio noui operis potest fieri furioso ⁊ infanti.
2 In omni denuntiatione requiritur aliquis qui intelligat.
3 Stipulatio de ope demoliēdo idē importat ꝙ stipula.iudi.solui.

Operis noui. Nūtiatio noui operis fit
in rem nō in personam:
ideo pōt fieri contra furiosum ⁊ infantem: ⁊ etiā fabris
vel artificibus. Item cautio de opere demoliendo cō-
mittitur ad interesse per sñiam declarando.h.d.cum duabus le-
1 gibus sequentibus. ¶ †Not.primo ex tex.ibi: ⁊ ideo furioso ⁊ in-
fanti ꝙ nuntiatio noui operis potest fieri furioso ⁊ infanti. Imo.
et Pau.de ca.exponunt tex.i.contra infantem ⁊ furiosum.prout
etiam exponit glos.hic: quia non sufficeret eis nuntiari: cum nul-
lum habeant intellectum.prout etiam dicit glos.in.l.cuilibet seq.
Ideo debet nuntiari fabris: vt dicit lex seqnēs q̃ venit cōtinuati-
ue.⁊ reddendo rationē: vel requiriṫ ꝙ sint ibi psone intelligentes:
que referant tutori vel curatori. put tenet glos.in seq.Alb.Bal.⁊
oēs Moder.hic.Raph.cu.⁊ Alex.in.l.de pupillo.§.nūtiationē.
s̃.eo.⁊ ita cōiter tenetur. Adde ꝙ Bald.in.c.in omni negotio.de
testi.⁊ dicit ꝙ in ista.l.cuilibet in verbo intelligenti.est tex.aureus
2 †ꝙ in omni denuntiatione requiritur aliquis qui intelligat. Se-
3 cundo not.ex.l.operis.† ꝙ stipulatio de opere demoliendo idem
importat ꝙ stipulatio iudicatum solui.tex.est hic.et in.l.stipula-
tio.§.habet.j̃.eod.not.Barto.in.l.de pupillo.§.qui remissionem.
s̃.eodem.

Jason.

1 ☞ Remissio nuntiationis referenda est ad personam dñi.
2 Actus celebratus cum procuratore in causam dñi: in dubio non
videtur referri ad personam dñi nisi exprimatur.
3 Procurator potest cum causa renuntiare appella.
4 Procurator simpliciter cōstitutus ad nuntiandum nouū opus:
potest remittere: eo quia talis remissio venit in necessariam con-
sequentiam.
5 Arbiter ⁊ delegatus possunt incidenter cognoscere ⁊ pnuntiare
de causa restitu.in integ.licet non principaliter.
6 Licet procurator non teneatur prosequi appella.a diffinitiua ta-
men ab interlocutoria tenetur appellat.prosequi cum alias non
posset perficere causam principalem.



Um procurator. Queadmodum sa/tisdatio rati presti/
ta a procuratore nuntiante: ita ⁊ remissio nuntiationis
ad dñi psonã referenda est.h.d.sm verũ ⁊ cõem intel/
lectũ q ponit in prin. ⁊ fi.glo.magne. Nota ex isto tex. sm cõem in/
1 tellectum prime relatus† ꝙ remissio nuntiationis referenda est
ad psonã dñi. Ratio est sm Bar. ⁊ doc. inferius: qr cum ista remis
sio fiat p viam satisdationis de ope demoliendo: que continet in/
teresse.l.stipulatio.§.hz.j.eo.ergo ad interesse dñi dz referri.l.pe.
ff.si quis cau.alle.in glos. Tu aduerte si istud notabile est verum:
2 †ex eo correlarie seqtur: ꝙ actus celebratus cum procuratore in
cãz dñi: in dubio non vr referri ad psonã dñi nisi exprimat. Hoc
aũt est falsum: qr qñ ꝓcurator facit actũ vt ꝓcurator: semp intelli
gitur referre ad dñm: lz nõ exprimat.tex.est in.d.l.pe.ff.si qs cau.
in.l.post mortẽ.§.j.ff.qñ ex fac.tuto.no.Bar. ⁊ ibi dixi in.l.j.§.nũ
tiatio.s.eo.cũ cõcor.quas ibi dedi. vnde plz mihi plus intellect⁹
quẽad istũ tex.ponunt Gui.de suza. ⁊ Albe.de ros.hic ꝙ iste tex.
loquat: qñ nũtiatus simpliciter prestitit satisdationẽ de opere de
moliendo: nec expresse retulit ad psonã dñi: qõ tñ censeat collato
in psonã dñi. vnde refert Alb. ꝙ iste tex. allegatur in practica: ꝙ
si a ꝓcuratore aliqd simpliciter fiat vel recipiat ꝙ semp ĩtelligat
referri ad psonã dñi. ⁊ bñ faciunt iura preallegata: nec verba bar.
hic in primo intellectu gl.repugnant imo p eũ assignata bñ con/
gruũ. Scdo argumẽto huius tex.decidit signãter Bal. hic post
3 Ray.de for.†ꝙ ꝓcurator põt cũ cã renuntiare appellationi. cã
aũt: est sm Bald.si videt hoc expedire dño. forte: qr appellatio est
temeraria ⁊ iniusta. ¶ Not. qr ex hoc nota.limitat regula que hz
ꝙ ꝓcurator etiã cum libera: nõ põt renuntiare appellationi. put
no. Ange.in.l.ab executore.§.fin.ff.de appel. ⁊ in.l.j.§.j.ff.a q ap.
non lz. ⁊ in.l.bonoꝝ.ff.rem ra.ha.no.Bal.in.l.fi.§.fi.de temp.ap/
pel. Pro ista limitatione facit in fili text.in.l.si hoiem.ff.manda.
quẽ tex.alle.Bar in.l.non solũ.§.morte.in pe.char.s.eo.vbi plu
ra addidi ad illũ tex.in.v.charta.circa fi. ¶ Glo.in vbo remissio.
in effectu ponit tres intellectus ad istud principiũ lz videat pone
re quatuor. Nã primus ⁊ vltimus ad idẽ tendũt: ⁊ cõiter iste tene
tur p rationem Bar. Scdm intellectũ reprobat Bar. p duo fun
damenta ⁊ faciunt duo alia fundamenta Bart.in sequẽti intelle/
ctu. Tertium intellectũ approbat Bar. ⁊ ꝯfirmat duob⁹ medijs:
4 deinde facit tres illatiões. Prima illatio est†ꝙ ꝓcurator simpli
citer cõstitutus ad nuntiandũ nouũ opus: põt remittere eo qr ta
lis remissio venit in necessariã ꝯsequentiã. Facit ratio: qr ꝓcura/
tor ad aliqd simplr ꝯstitutus intelligit etiã ꝯstitutus ad accesso/
ria ⁊ depẽdentia.l.cuicũqȝ.§.si ei quẽ.ff.de insti.actio. ⁊ est gl.no.
in.c.cũ olim primo.de offi.deleg.limitat Bar.qñ est remissio non
gratuita: vt hoc tex.gratuitã eñ remissionez talis ꝓcurator non
posset facere. rõ qr haberet vim donationis q̃ non censet permissa
ꝓcuratori.l.ꝯ iuris ciuilis regulas.§.si filius.ff.de pac.not.Bar.
in.l.fi.in prin.ff.de his q̃ in frau.credi.subdit Bar.q cõiter habet
defectiuus: ꝙ si esset ꝓcurator generalis cũ libera: posset bñ face/
re remissionẽ gratuitã p text.in.l.ij.§.non tantum.ff.ꝙ vi aut clã
qui tex.vt etiã dicit Pau.de ca.hic loquit in remissione q̃ gratis
fiebat.idem tz Pau.de ca.hic Sed aduerte qr istud videt prima
fronte male dictũ: qr etiã ꝓcurator generalis cuz libera non põt
donare vel gratis remittere.text.est in.d.l.contra iuris ciuilis.§.
si filius.tex.in.l.filiusfa.in prin.ff.de dona. Tñ conclusionẽ Bart.
⁊ Pau.de ca.vr pbare tex.in.d.§.non tantũ.vbi tutor ⁊ curator
possunt facere illã remissionẽ gratuitã vt ibi est text. sed cõstat ꝙ
tutor ⁊ curator hz mandatũ generale cuz libera a lege: vt est gl.in
l.mãdato gñali.in gl.fi.ff.de ꝓcu.no.Bart.in.l.inter bonorum in
prin.p illum tex.ff.de admi.tuto.q̃uis habeant istud plus: ꝙ cẽ/
seantur loco dñi.l.interdũ.la.ij.§.q tutelã.cum simi.ff.de fur. ⁊ tñ
cõstat ꝙ tutor ⁊ curator q̃uis habeant mandatũ a lege cũ libera:
nõ tñ possunt donare regulariter.l.j.in prin.ff.de tut. ⁊ ra.distra.
⁊ tex.in.c.ij. ⁊ ibi cano.no.de don. vñ in ista materia cõclude: ꝙ ꝓ/
curator gñalis cum libera: siue hoc habeat a lege siue ab homine
põt talẽ remissionẽ gratuitã facere in.d.l.non tantuz.qñ facit sine
dolo ⁊ nõ calũniose: secus si faceret mere aĩo danandi: put est qñ
ius dñi est liqdũ ⁊ clarũ: tunc non posset.l. preses.C.de transact.l.
tutor.in prin.ff.de iureiur.cessante eñ dolo ⁊ qñ non fit mere aĩo
donandi: paria sunt habere mãdatũ in specie ad illũ actũ vel ha/
bere generale cũ libera.tex.est in.l.iusiurandũ qd ex conuentione.
§.fi. ⁊.l.seq.ff.de iureiur. Hinc est: ꝙ q habẽt mãdatũ gñale cum li
bera a lege vel ab hoie: possunt expedire oĩa in qbus reqrit spe/
ciale mandatum.ita no.Bald.in.l.illud.§.j.ff.de mino. ⁊ in addi.
Spec.in ti.de in integ.resti.in.j.col.in ver.legiti. ⁊ publici admi/
nistratores. Cy. ⁊ Bal.in.l.j.C.etiam p procura. Pau.de ca.in.l.
iusiurandũ ⁊ ad pecunias.§.defensor.ff.de iureiurã. ⁊ Moder.in
d.l.preses. Secũda illatio Bar.est ꝙ lz ad petendam restitutionẽ
in integrũ reqratur speciale mandatũ.l.illud.§.j.ff.de mino.c.co
ram felicis.de in integ.resti.illud est verũ qñ principaliter de p se
peteretur: secus si incidenter in cã inchoata contingeret in aliquo
esse necessarium petere resti.in integ. Adde Bar.in.l.qui ꝓprio.
§.itẽ queritur per illũ tex.ff.de ꝓcura. ⁊ in.l.j.C.etiã per procura.
Bar. ⁊ Sali.in.d.l.illud.§.j.imo generalius no.Bar.in.l.indebi
tam per illũ tex.ff.de cõdi.inde.ꝙ in oĩbus casibus requirẽtibus
speciale mandatũ enumeratis per gl.in.c.qui ad agendũ.de ꝓcur.
in.vj.dz intelligi si principaliter intentent: secus si in ꝯsequentiã
et incidenter. Confirmo cõclusionẽ Bar. nam arbiter hz limitatã
notionẽ: vt nõ plus possit q̃ per partes fuit expresse cõmissum.l.
non distinguemus.§.de officio.ff.de arbi.idẽ est in iudice delega/
5 to: ⁊ tñ ego habeo†ꝙ arbiter ⁊ delegatus pñt incidenter cogno/
scere ⁊ ꝓnũtiare de cã resti.in integrũ: lz non principaliter.tex.est
not.in.c.pe.de resti.in integ.facit tex.in.l.fi.in fi. ⁊ ibi Raph.fulg.
no.C.vbi ⁊ apud quos.Spec.in ti.de arbitris.§.ij.in ver.item cã.
accedat qr multa in cõsequentiã permittunt: que principalr non
concederent.l.j.in princ.ff.de auto.tut.l.quoties.vbi Cy. ⁊ alij.C.
de iudi.facit.l.si vnus.§.illud.ff.de pac.habetur in.l.ij.ff.de iuris.
om.iudi.accedat not.tex.in.l.tutor rerum.ff.de admi.tut.vbi illud
qd principaliter prohibetur: permittitur in cõsequentiam.quem
tex.pro singulari ad hoc no.Are.in.l.si qs nec causam.in prin.ff.
6 si cer.pet. Tertia illatio Bar.est†ꝙ lz procurator nõ teneat pro/
sequi appellationẽ a diffinitiua.l.inuitus.C.de procura. ⁊ melius
in.c.non iuste.in fi.eo.ti.tñ bene tenet prosequi appellationem ab
interlocutoria cũ alr̃s nõ posset perficere causam principalem sm
Inno.in.d.c.non iniuste. Adde Bar.in.l.non cogendum.§.fi.ff.
rũperetur prescriptio. Certe prescriptio que est iducta bono pu-
blico ne dominia rerum sint in incerto, vt inquit iurisscon. in. l. j. j.
de vsucap. et insti. de vsuca. in prin. de facili tolleretur, qꝛ multis
modis põt induci mala fides, quos enumerat magistraliter bart.
in. l. celsus. j. de vsucap. omnibus illis modis interrumperetur
prescriptio ideo lex ciuilis noluit per defectum bonefidei super-
uenientem interrumpi prescriptionem. Sed possessio non sic de
facili perditur: quia nõ potest perdi sine volũtate. l. iij. §. in amit-
tẽda. j. eo. ideo lex tolerauit quod defectus possessionis superue-
niens interrumpat prescriptionẽ. Ista ratio non satisfacit quia
sequeret qꝺ ius canonicũ frustratorie induxisset prescriptionem,
3 qꝛ de facili posset interrumpi, cũ † de iure canonico mala fides qñ
cunqꝫ superueniẽs interrumpit prescriptionem. c. si. de prescript.
Et propterea ego colligo optimã rõnem diuersitatis ex verbis
Bar. si bene inspiciatur in. l. naturaliter. in vlt. col. j. de vsuca. sed
4 ego plenius declaro quã Bart. aut † enim querimus de prescribẽ
do actionibus psonalibus. ꝛ sic de prescribendo debito, et ibi nõ
requiritur aliqua possessio: qꝛ illa prescriptio solũ currit ex negli-
gentia creditoris nõ petentis debitũ: vt declarat not. Bar. in. l. se
quitur. §. si viam. j. de vsucap. Et ista nõ est materia nostra. nec de
ista loquitur ista glos. Aut loquimur in prescriptione actionum
realium. ꝛ sic in prescribẽdo dñio alicuius rei: vbi requirit posses-
sio, adeo qꝺ si superueniat defectus possessionis interrũpit pscri-
5 ptio ratio est, † qꝛ nõ valenti agere nõ currit pscriptio. l. j. in fin. C.
de anna. excep. declarat magistraliter Bart. i. l. senatuscõsulto. ꝫ.
de offi. psi. ergo qñcunqꝫ prescribẽs amittit pos. cõueniri nõ põt
actione reali q̃ presupponit dñium in agẽte ꝛ possessionẽ in con-
uẽto. l. ꝛ ex diuerso. in pn. ꝛ. l. si in rẽ. ꝫ. de rei vẽdi. ꝛ. c. examinata. ꝺ
iudi. ideo interrumpit pscriptionẽ qꝛ si desinat possidere: desinit
posse conueniri. Sed si desinat esse in bonafide. tamen potest con
ueniri: qꝛ etiã detẽtatoꝛ ꝛ predo qui detinent rẽ, possunt cõueniri
actione reali, iuribus preallegatis, nimirũ si prescriptio nõ inter-
rumpitur per defectũ bonefidei superuenientẽ, de iure ciuili. Et
6 si subtiliter diceres pone † qꝺ dolo desijt possidere quo casu põt
conueniri perinde ac si possideret. l. sin autẽ. §. sed et is q ante. ꝫ. de
rei vẽ. ꝛ. l. is qui dolo ꝛ. l. pe. j. illo ti. de rei vẽdica. ergo nõ deberet
tunc interrũpi prescriptio. Et tñ istud est falsum, qꝛ interrumpit
prescriptio etiã si dolo desinat possidere. l. pe. j. pro dona. respõde
ƀm Bar. in. d. l. naturaliter in tertio requisito, qꝺ ille qui dolo de-
sijt possidere: bene fingit possidere ad suũ damnũ, ꝛ in sui odium
vt possit conueniri. ita loquunt iura preelleg. Sed nõ in fauorem
suum vt possit prescribere. ratio rationis est vltra Bart. qꝛ fictio
nunꝙ hꝫ locũ, nisi vbi adest equitas. l. deniqꝫ. ꝛ. l. nec vtilẽ. j. ex qb.
cau. maio. declarat bart. in. l. si is q pro emptore. j. de vsucap. Sed
qꝺ ille qui dolo desijt possidere fingat possidere ad sui damnum
et odium istud est equũ: ideo tũc lex fingit eũ possidere. Sed non
ad suum fauorẽ qꝛ esset iniquum. ꝛ sic tunc cessaret equitas fictio-
7 nis. ¶ † Contra continuationem glo. cõiter ab omnibus appro-
batam Are. hic mouet vnam difficultatem quã ante eũ mouet
Albe. de rosa. hic. Nam sicut ad acquisitionẽ dñij per vsucapionẽ
et sic de iure ciuili, requirit possessio. l. sine possessione. j. tit. j. et vi
demus in glo. ita ad acquisitionẽ dñij que fit de iuregen. requirit
possessio per traditionẽ vel apprehẽsionem. l. traditio. in fi. ꝫ. ti. j.
et. l. j. in prin. j. e. vnde qua ratione premittit iste titulus ante titu
lum. de vsuca. eadẽ ratione debuit premitti ante tit. ꝫ. de acq. rerũ
domi. Respõdet dupliciter Are. Primo qꝺ ad esse trãslationis
8 dñij nõ ita requirit possessio, sicut ad esse vsucapionis. † Nã ex tra
ditione põt transferri dñium, dato qꝺ tradens nõ possideat ipse
sed alter. l. si fundũ vbi casus singularis ƀm eũ. ff. de fundo dotali.
sed nunꝙ reperit qꝺ vsucapio sine possessione pcedat: vt predixi.
et ita etiã ante eum respondet Albe. de rosa. hic. Ista responsio
mihi nullatenus satisfacit, qꝛ dñium de iuregen. de quo loquit ti
tulus precedẽs: nunꝙ causat sine apprehensione vel occupatiõe
possessionis. ꝛ sic nisi mediãte posses. l. j. in prin. j. e. preterea dato
qꝺ aliquando dñium acquireret de iuregen. absqꝫ possessione, ꝙ
tamen nõ credo vt statim dicã. tamen regulariter secus est, et de-
bemus attẽdere illud qꝺ est regulariter, ꝛ nõ illud qꝺ est speciali-
ter. l. iij. §. illud. ꝫ. de fideicõmissa libet. Preterea lꝫ in aliquibus
casib⁹ acqratur dñiũ sine traditione ꝛ sine possiõe, qui enumeran
tur per gloss. magistra. in. l. si ager. ꝫ. de rei ven. tñ illis casibu⁹ non
acquirit dñiũ de iure gentiũ, sed de iure ciuili ƀm gl. no. in. l. j. ꝫ. de
9 acquir. rerum do. † Secundo modo respondet Are. qꝺ dominiũ
de iuregen. ꝛ possessio sunt equalia in origine: qꝛ vtrũqꝫ est de iu-
regẽ. Sed qꝛ dñiũ est lõge nobili⁹ possessione. l. vnica. C. si de mo-
men. posses. fue. appel. ideo ius tractatus premittitur, tanꝙ di-
gnioꝛ. l. j. ꝛ. fi. j. de albo scribẽ. Sed in acquisitione dñij ciuilis per
vsucapionẽ, qꝛ possessio que est eius causa, est vetustioꝛ: ideo pre-
mittitur per regulam. §. singuloꝛum. insti. de re. diuisio. Sed nec
ista solu. placet, qꝛ quãuis dñium ꝛ possessio fuerint eodẽ iuregen
tium introducta, tamen scdm ordinẽ intellectus, prius fuit intro
ducta causa: ꝛ sic possessio quã dñiuꝫ: ideo de ea prius erat tractã
dum. qꝛ causa debet precedere causatũ. l. licet. §. ea obligatio. ꝫ. de
procura. ꝛ. l. manumissiones. ꝫ. de iusti. et iur. Alij sunt qui ter-
tio mõ respondent qꝺ iuriscõsultus tractaturus de acquisitione
vtriusqꝫ dominij: scz de iuregen. ꝛ de iure ciuili. cum mysterio po
suit medium istum titulum de acquir. pos. tanꝙ mediũ inter duo
extrema, vt ad vtrunqꝫ posset fieri relatio. argumen. l. iij. §. filius
autem

autez.§.de libe.⁊ posth. Sed nec ista sol.tollit difficultatẽ quare
iste tit.non debuerit preponi etiã ante titu.precedentẽ. ¶ Item
contra continuationem glo.et doct. etiam facit qꝛ imperator in
codice prius posuit de vsucap.deinde de acqui.pos.postea de pre
scriptio.et sic fecit cõtrariũ eius qđ hic. Ego nouissime supra scri
pte difficultati aliter respõdeo,⁊ dico,qđ de iuregentiũ statim ex
possessione acquritur dñium.ita qđ nihil tẽporis est medium in
ter possessionẽ et dñium.⁊ sic possess.nõ est separata a dñio, ideo
solũ ponitur titu.de acqui.re.do.et istud est qđ proprie dicit tex.
noster.in.l.j.in prin.j.eo.ibi.nã hic ꝓtinus eorum fiunt qui primi
possessionem eorũ apprehendũt. Sed in vsucapione requirit qđ
precedat posses.separata ⁊ multi temporis: aliqñ.x. aliqñ.xx.an
norum.et in rebus mobilibus saltẽ requiritur possessio trienna
lis. Item requirit qđ talis possessio sit cõtinuata lõgo tempore,
ideo prius ponitur possessio tanq̃ causa longo tẽpore saparata.
Et sic primo ponit de acqui.posses.postea ponitur de effectu.⁊ sic
de vsucapione. Adde glos. in.l.j.in prin.in verbo in his.j.eo. que
dicit quod in his queritur dominium statim cuz possessione. nec
vnum potest separari ab alio. Secus quãdo dominium queritur
de iure ciuili per vsucapionem.⁊ ita est expedita prima pars glo.
10 ¶ † In ea.glo.ad fi. Istud qđ dicit gl.qđ contrariorum eadem est
disciplina.intelligũt Albe.de rosa. Io.⁊ Raph.cu.Lud.⁊ Aret.
esse verum,quo ad cognitionem:qꝛ cognito vno de cõtrarijs, co
gnoscitur ⁊ aliud.vt est tex.in.l.j.⁊ ibi no. Bar.§.de his q sunt sui
vel alie.iur.in prin.⁊ insti.eo.⁊ insti.de tute.in prin.⁊.l. põpo.§. sz
⁊ is.§.de procura. Bar.in.l.inter stipulãtẽ.§.sacrã.ff.de vb. obli.
⁊ sic cognito qbus modis amittat posses.cognoscit quomodo re
tineatur.ita voluit dicere glo. Et si dicatur si cognito vno de con
trarijs cognoscitur ⁊ reliquũ,ego superfluo ponitur in ista rub.
de amit.pos.qꝛ satis erat cognoscere quomodo acquiratur: quia
hoc cognito,debet cognosci contrarium:scilicet qualiter perdat:
et tamen in ista rub.ponitur de vtroq;:similiter in hoc ti. tractat
de vtroq;.patet in.l.iij.§.in admittenda.l. quemadmodum. in.l.
clam possidere.§.qui ad nundinas.et in alijs multis locis.j.eo. re
sponde qđ iura prealle.que dicunt qđ cognito vno de ꝯtrarijs co
gnoscitur ⁊ reliquum,procedunt qñ cognito vno de cõtrarijs: ne
cessario sequit cognitio alterius. patet in .d.l.j.j.de his qui sunt
sui vel alie.iur.⁊ insti.de tute.in prin. Sed cognito quomodo ac
quiratur possessio,necessario non sequitur cognitio.quomodo ⁊
quibus modis perdat possessio patet ex his que tradit Barto.
post glos.in.l.i.in prin.j.eo.in.iiij.q.dum querit qualiter acquira
tur pos.deinde.in.v.q.dum tractat qualiter perdatur possessio.
11 ¶ † Nunquid autẽ contrariorũ eadẽ sit disciplina,etiã quo ad iu
ris dispositionem. Fac duas conclusiones. Prima est, ꝙ qñ mili
tat eadẽ ratio in vtroq; ex contrarijs. tunc contrariorum eadem
est disciplina,etiam quo ad iuris dispositionẽ.l.fi.§.fi.in vers. con
tra quoq; §.de leg.iij ⁊.l.⁊ si ꝯtra.§.fi.⁊ ibi gl.no.§.de vulg.⁊ pup.
gl.in.l.scõm naturã.j.de reg.iur.⁊.l.pe.⁊ ibi Bald.in fi.ad hoc no.
C.de soln.vbi est tex.no.qđ non admittitur quis ad postulandũ
illud cuius contrarium nõ esset postulaturus. Ad idem tex.in.l.
sicut maior.C.de repud.here.⁊ tex.i.l.si ex toto.in pñ.⁊ ibi Imo.
et moder.ad hoc no.§.de lega.j. Dy.in regula q sentit onus per
illum tex.de reg.iur.in.vj. Bart.i.l.in fundo.in.j.col.§.de rei ven.
et in.d.l.inter stipulantem.§.sacram. Cyn. Bal.in.l. vnica.§. pro
12 secũdo.in.viij.oppo.C.de cadu.tol. † Ad idem facit qđ vult glos.
no.in cle.cum a repulsione que est cle.fi.de appel.que vult,ꝙ sen
tentia lata super repulsione exceptionis peremptorie ita est in
terlocutoria,sicut ⁊ lata super admissione:qꝛ eadem ratio militat
in vtraq;:qꝛ neutra ipsarum diffinit negotium principale: sed ex
pectat sententiam diffinitiuam post se.de quo vlti.per Bald.in.l.
si preses desertam.C.quomodo et quando iud.et latius per Are.
hic. Ad idem facit tex.in.l.quemadmodum.⁊ ibi do. Alexan. et
Are.ad hoc no.j.eo.⁊ tex.in.c.frequens.§.fi.ad fi.in verbo ex con
trario.⁊ ibi Gemi.ad hoc no.de resti.spo.in.vj.⁊ tex.in.c.hospitio
lum.in fi.⁊ ibi glo.no.xxxij.dist. Et qđ idẽ iuris sit in vno contra
riorum qđ in reliquo quando est eadem ratio,dicit etiam gloss.
13 xxj.di.in.c.inferior. † Item contrariorum non solum eadem est
disciplina. Sed etiam eadẽ est potẽtia.l.ab emptione.et ibi Bal.
ad hoc not.§.de pact.nã que nudo ꝯsensu possunt contrahi etiã
nudo consensu possunt resolui,a pari potentia contrariorum vt
ibi et.l.j.⁊.ij. C.quando lic.ab emp.disce. Item contrariorum est
etiam idem modus significandi:vt de supremo ⁊ proximo est tex.
not.in.l.ex duobus.in princi.in versicu.sicut econtrario.et ibi bal.
et do. Alexan.ad hoc not.§.de vulg.⁊ pup, Item contrariorum
vnum ⁊ idem est statutum ita not. Bald.in.c.cũ venissent. in vlti.
14 col.de iudi. Et per hoc infert no.qoud vbi exceptio non potest
probari ꝑ testes ex forma statuti.simpliciter non poterit ꝓbari ꝑ
testes actio nec replicatio:vt ibi per eum. Tu cõfirma optime qꝛ
15 circa media cause seruat equalitas. † Et sic circa ꝓbationes eque
fauetur reo sicut actori ⁊ ecõtra:vt est glo.in.c. cũ ad sedẽ. de resti.
spo.glo.iu.c.cũ sint partium iura. de reg.iur.in.vj.dec.in.l.de die
16 in prin.vbi dixi.§.qui satisda.cog. † Itẽ ad istam regulam adde
illud qđ no.decidit Bal.in,l.fi.in vlt.col.C.de fideicõ.qđ si ex for
ma statuti legatũ põt probari ꝑ duos testes, eodẽ modo reuoca
tio legati poterit ꝑ duos testes probari,qꝛ cõtrariorũ eadẽ est di
sciplina,pro hoc etiã allegat gl.no.⁊ reputatã singularem.in.l. cũ
proponebat.§.de le.ij.que singulariter vult,qđ quot testes requi
rant ad ꝓbationẽ erroris testamẽti,tot requirant in ipso testamẽ
to.idẽ cũ Bal.tenẽt.d. Car ⁊ Imo.in.c.relatum primo.de test.se
quit do. Alex.hic.⁊ idẽ do. Alex.in d.l.inter stipulantẽ.§. sacraz.
17 † Item adde illud qđ no. Bal.in.c.ij.ad fi.de resti.spo.qđ sicut re
a nuntiatio bñficij ecclesiastici,põt probari ꝑ testes[a] ⁊ non requirit
scripturã,vt ibi est tex.ita etiaz collatio beneficij poterit ꝑ testes
probari.qꝛ ꝯtrariorum eadẽ est disciplina,limitando vt ibi per eum.
18 † Item per istã regulam,dicit posse impugnari illud qđ tz solus
b Bal.in.l.eos.in prin.in.ij.col.C.de app.vbi tz qđ aduerbiuz bñ,[b]
idẽ est dicere qđ rite ⁊ recte. Sed aduerbiũ male qđ est contrariũ,
solũ est dicere qđ nõ recte.ista decisio videtur cõfundi ꝑ istã regu
lam,qꝛ cõtrariorũ eadem dz esse disciplina,tñ pro Bal. soleo alle
gare tex.no.in.c.ius dictũ.de verb.sig.vbi dicit tex.qđ iuste possi
detur,qđ bene,sed iuste importat rite ⁊ recte,vt est glo.no.in.§.ex
heredatos.in verbo iuste.et ibi ang.ad hoc not.in aut. de here.et
fal.postea subdit tex.ꝙ male possidet q vel aliena ꝑsumit.⁊ sic bñ
19 et male,nõ per oĩa ꝯtriantur. † Limita singl'r,istã regulam nõ pro
c cedere in his que sunt stricti iuris,[c] puta qñ agit de forma manda
ti,tũc ꝯtriorũ nõ est eadẽ disciplina,quãuis sit eadẽ rõ,vt ꝓbat tex.
valde no.in.c.fi.⁊ ibi do. Ant.de but.ad hoc no.de ver.sig. vbi est
solẽ.tex.qđ mãdatũ pape de moderãdo numerũ canonicoꝝ ⁊ pre
bendarũ si facultates ecclesie nõ sufficerẽt;nõ intelligit datũ ecõ
trario,de augẽdo numerũ,si facultates ecclesie reperiant adeo ex
creuisse,qđ maior numerus ibi possit retineri.⁊ sic ibi ꝯtriorũ non
eadẽ disciplina,quãuis eadẽ,imo maior rõ militet in augẽdo nu
mero,et maior fauor,qꝛ magis augetur diuinus cultus,qđ valde
no.pro limitatione huius regule,eo qꝛ forma mãdati est stricte ⁊
ad vnguẽ obseruanda.l.diligenter.in prin.cũ vulga.§.man. Itez
potestas delegata est stricte interpretãda,⁊ nõ extẽdẽda vltra ca
sum expressum.c.cũ dilecta.de rescrip.ita dicit do. Abb. in illo.c.
fi.in.iij.no.tamen tex.ibi se fundat.in verbo moderando qꝛ debe
bat moderari qđ est diminuere. Istam limitationem etiam in di
scursu tz do. Alex.in.d.l.inter stipulantẽ.§.sacrã.⁊ idẽ.d.alexã.i.l.
20 si ex toto.in prin.ff.de leg.j. ¶ † Scđa conclusio est qđ contrario
rum cõtraria est iuris dispositio,qñ subest cõtraria vel diuersa ra
d tio,[d] ꝯm Bar.in.d.l.in fundo.in.j.col.⁊ in.d.l.inter stipulantẽ.§.sa
cram.natura enim oppositorũ est,vt se inuicẽ tollant,non vt se in
uicem ponant.l.fuit qõnis.§.de acquir.here.ꝯm bald. in .l.lz.§. si
quis omis.cau.testa. Pro ista conclusione habes text. valde not.
in.l.si quis negotia.et ibi gl. declarat.§.de nego.gest.vbi si nego
tiorum gestor exegit indebitũ:cogit illud restituere,⁊ tñ si indebi
tum soluit ipsi imputari debet Ad idem bene facit,qꝛ si libertus
iurauerit se libertum nõ esse,prodest sibi tale iuramẽtum quo ad
operas ⁊ quo ad cõtratabulãdũ,vt non teneat prestare operas
nec instituere patronũ.l.eũ qui.§.si libertus.§.de iureiurã. Et tñ
econtra,si patronus iurauerit illũ esse libertũ suum.tale iuramen
tum non prodest sibi,quo ad operas.nec quo ad cõtratabulãdũ,
l.si iurauero.§.de iur.pat.eo qꝛ nõ eadẽ ratio nec idem fauor con
trariorum,ꝯm glo.no.in.d.§.si libertus.ad idem bene facit, quia
si filius suus maior,immiscuit se hereditati paterne. nõ põt post
ea immixtionem suã reuocare.l.necessarijs.§.de acquirẽ.here. Et
tñ si se abstinuit ab hereditate paterna.põt abstensionẽ suã reuo
care.l.si quis suus.§.de iur.delibe.⁊.l.fi.C. de repu.here. et sic con
trariorũ nõ est eadẽ iuris disciplina,qꝛ est diuersa ratio : qꝛ qđ se
mel se immiscuit: acquisituz est ius creditoribus,quibus tenetur
satisfacere:ideo nõ põt suã immixtionem reuocare,qꝛ faceret pre
iudicium creditoribus. Sed qđ se abstinuit,⁊ vult abstensionem
suam reuocare istud est vtile creditoribus:ideo tunc admittit:ita
declarat.d.alexã.in.d.l.necessarijs.in.j.not.⁊ sic habes expeditam
21 perfecte theoricam istius materie. ¶ † Nunc reducẽdo ad practi
cam quero de no.q. Statutum disponit,qđ soror nõ succedat fra
tri:quid erit ecõtra,an frater poterit succedere sorori. Bal.i.l. le
ge.xij.tabu.circa fi.C.de legi.here.determinat per illũ text.qđ sic.
⁊ Mod. ⁊ Mo(r)us,qꝛ dato vno inconuenienti,non dz dari maius inconue
niens.⁊ sic ꝑ hoc qđ statutũ excludat,sororẽ a successione fratris.
nõ debet intelligi disponere ecõtra,qđ frater nõ possit succedere
sorori.idem tenet Paul.de ca.⁊ Raph. Fulg.in.d.l.lege.xij. tab.
idem sequit Pet.de anc.in commento.c.canonũ statuta.de ꝯsti.
in ver.vlterius pone statuto caueť ꝙ soror. idẽ sequit simpliciter
do.alex in.d.l.inter stipulantẽ.§.sacrã. Contrarium tenent Mo
der.senen.hic.⁊ quidẽ subtiliter:qñ statutũ simpl'r excludit soro
rem a successione fratris,qꝛ equũ videt qđ similiter frater non de
beat succedere sorori:ꝑ tex.no.in.§.filiũ.in aut.qb.mo.na.effi.sui.

a ¶ Collatio bñficij ꝓbatur ꝑ testes sicut et renũtiatio.

b ¶ Bene an iportet idez quod rite et recte.

c ¶ In his q̃ sunt stricti iuris ꝯtriorũ nõ est eadez disciplina.

d ¶ Contrariorum ꝯtria est iuris dispositio qñ subest ꝯtria vel diuersa ratio.

a ¶ Stāte statuto quod soror nō succedat fratri: an frater poterit succedere sorori.

b ¶ Statutū excludēs sororem ab hereditate fratris non excludit ab hereditate sororis. Et ad de qd̄ ꝯsiliū Pau. hic alleg. est in prima pte ꝯsil. antiquorum nu. cxix. ſm stanpam papien.

c ¶ Frater et soror non dicuntur correlatiua: qꝛ necessario non se referunt.

sibi equum ei dātes priuilegiū colla. vſ. vbi est tex. no. qd̄ sicut legitimatꝰ p obligationē curie, succedit patri, ⁊ non agnatis patris: ita equū est, qd̄ agnati patris ei nō succedāt. Ad idē similis tex. in l. cōium. in pnci. C. de nat. libe. facit lex si ab eo. C. de legi. here. Ité mouent per tex. ī quo se fundat Bal. in d. l. lege. xij. tabu. quē tex. subtiliter retorquent ꝯtra Bal. vbi tex. dicit qd̄ illa differētia est iniqua, quā faciebat media iuris prudentia, qd̄ soror vterina non succederet fratri, ⁊ tñ frater succedebat sibi, vnde ne resultet talis iniquitas, quā improbat ibi tex. videt statutū sane intelligēduz, qd̄ sicut soror prohibetur succedere fratri, ita ecōtra, similiter frater prohibeat succedere sorori. Quid tenendum: teneo decisionez Bal. que est cōis, a qua in iudicando ⁊ cōsulendo nō esset recedēdum. Moueor per doctrinā quā dedi: qꝛ contrariorū, cōtraria est iuris disciplina, vbi est ꝯria vel diuersa iuris rō. Sed in statutoª qd̄ soror nō succedat fratri: illa sola est ratio fauore agnationis, vt bona cōseruētur in linea masculina: ⁊ familia: ut dignitas sit salua. l. j. §. pe. ff. de ven. inspi. Bar. in l. ij. §. videndū. cuz suis concor. ff. ad tertu. Et ꝑpter hoc soror prohibet succedere fratri, ne bōa fratris exeant agnationē, ⁊ sic familiā. Sed ista ratio cessat econtra: qꝛ si frater succedat sorori: bona conseruabunt in agnatione, ⁊

22 sic in linea masculina. † Hinc est, qd̄ statutum excludēs sororemᵇ ab hereditate fratris: non intelligitur eam excludere ab hereditate sororis ſm Paul. de ca. in consi. cccxl. incip. hereditas predicta, Mouet per plura presertim quia statutū correctorium iuris cōis, loquens in vna persona nō extenditur ad aliā similē: lʒ videatur eadē ratio. l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat et illam. C. de colla. vt ibi plenius per eū quāuis ꝯrium in hoc vltimo late consuluerit do. Francis. de curte. in consi. vj. incip. ticinensi statuto cauetur. Sed

23 pro priō bene facit, † qꝛ si statutū excludat matrē a successiōe filij, nō intelligitur excludere a successione filie vbi cessat agnatio. ſm Archi. in c. si quis suadēte. xvij. q. iiij. quē simplr refert et sequitur

24 Gemi in c. generali. in vj. col. ad fi. de elec. in vj. Nec dicatur † qd̄ in questione nostra frater ⁊ sororᶜ dicantur correlatiua, ⁊ quod in correlatiuis illud qd̄ statuitur in vno intelligat statutuz in alio. l. si. vbi plene dixi. C. de iudi. vid. tol. qꝛ correlatiua dicūtur, que necessario simul se referunt: vt pater ⁊ filius, dñs ⁊ seruꝰ, maritus et vxor. Sed frater ⁊ soror, nō se necessario referūt: qꝛ pōt esse frater respectu aliorū fratrū, ⁊ nō habeat sororē. Similiter econtra pōt esse soror: qꝛ habeat alias sorores: ⁊ tñ non habeat fratrē, ⁊ sic necessario se simul nō referunt, ergo frater ⁊ soror nō sunt necessario correlatiua. ⁊ ita remanet expedita perfecte vt puto presens rub. venio nunc ad. l. j.

78 Facilius conseruatur ius in esse deductũ, q̃ de nouo inducatur.
79 Si aliquis tyrãnus iniuste occuparet aliquã terrã vel ciuitatem que habebat iurisditionez, iste tyrãnus vtendo iurisditione eam conseruat illi ciuitati ne possit dici prescripta.
80 An aqua per seipsam defluens possit inducere prescriptionem.
81 Nulla seruitus habet causam naturalem: sed aut imposititiã aut prescriptam.
82 Scolatitia seu aquarũ emissoria, nullo tempore prescribuntur.
83 Solus fundus habet ius retentionis. ꝛ sic quasi possessionis naturalis.
84 Si flumen sibi fecerit alueũ per. x. annos inter presentes vel. xx. inter absentes ꝙ ipsum flumen prescribit agrum priuati simul et semel abductum sicut quilibet prescripsisset cum habeat titulum de iure gentium.
85 Scientia domini requiritur in prescribenda seruitute aque quaz facit fundus.
86 An detentio sit iuris vel facti.
87 Si statutum dicat, si quis fuerit inuentus cum armis puniat̃ tanta pena, non intelligitur inuẽtus ille qui a familia potestatis fuerit visus cum armis. nisi fuerit captus.
88 In penis mitior pena est tenenda.
89 Si statutum dicat, ꝙ mulieres inuẽte cũ perlis soluãt decẽ, si sũt vise per officialem ꝛ apprehense teneantur al's non.
90 Si statutum est in ciuitate ꝙ si quis fuerit inuentus ludere ad taxillos puniat̃ in. x. ꝛ medietas sit accusatoris: si aliquis accusauit titium ꝙ ludit ad taxillos ꝛ optime probauit per testes.
91 Intellectus. l. clauibus. de contrahen. emp.
92 An autem per traditionem clauium transferatur quasi posses. iurium beneficij.
93 Dictio apud: quid importat.
94 An quis possit sibimet tradere possessionẽ fundi, quando nõ detinet nec possidet vt tutor.
95 Licet legatarius habeat ipso iure dominiũ rei legate: tamen non potest propria autoritate rem legatam accipere.
96 An iudex vel eius nuntius possit transferre posses. vel tenutã ꝑ solum aspectum rei.
7 Ius primi decreti acquirit̃, si aliquis sit in conspectu rei cũ nuntio publico ꝛ nõ possit ingredi, ꝛ etiã si per potentiam aduersarij non possit venire in conspectu rei. nu. 98. ꝛ. 99.
100 Si per vim tyrãnidis impediretur corporalis apprehẽsio, tunc sufficit ꝙ primũ ꝛ scdm decretũ verbotenus interponatur.
101 An tutor vel curator vel generalis ꝓcurator possint per actus fictos transferre possessionem.
102 Licet dominus possit transferre dominiũ rei sue inducendo aliquẽ in rem que possidetur ab alio. hoc tamẽ nõ potest facere executor testamentarius q2 illa non est vera ꝛ propria traditio.
103 Si procurator generalis tutor, vel curator, i instrũo venditionis ꝯstituat se possidere noĩe emptoris cui vẽdidit rem pupilli cuius negotia administrat, licet alias per constitutũ appositũ in instrũo transferatur ciuilis et naturalis possessio: tamen hoc modo non transfertur possessio per generalem procu. tuto. seu curatorem.
104 Per constitutũ ꝛ sic per actũ fictum bene acquiritur posses. per generalem procu. tuto. seu curatorem.
105 Mediante constituto ita demũ transfertur possessio, si ipse constituens possidebat, alias secus.
106 Etiam si possessor constituat se post mortem suã precario nomine alicuius possidere, non valet talis cõstitutio precarij, q2 cõfertur in tempus mortis, quo possessio defuncti extinguitur.
107 Tutor ꝛ curator habent mãdatũ generale cũ libera, ꝛ paria sunt habere generale manda. cum libera, vel habere speciale.
108 Si ꝓcurator haberet in indiuiduo mandatũ transferendi possessionẽ, per solũ aspectũ, vel ꝑ ꝯstitutũ, bene transferet̃ possessio.
109 Licet colonus ꝛ conductor per veram traditionem priuẽt dominum posses. non tamen ficte tradendo.
110 Si prelatus ecclesie alienet rem ecclesie cum debitis solennitatibus, ꝛ constituat se possidere nomine emptoris, an ex tali cõstituto transferatur posses. in emptorem.



Possessio appellata.

Possessio dicta a pedũ positione, ꝛ sic ab actu corporali naturaliter insistendi et ab ea sola olim incepit dominiuz acquiri. Et adhuc hodie incipit exemplis in text. positis. Hoc. d. quãuis Bart. ꝛ alij in suo summario in isto fin. dixerit ꝛ adhuc hodie incipit in his que in nullius bonis sunt. Istud qd dicit Bart. nõ videtur bene stare ꝑpter illud qd dicit tex. de captis in bello quia illa nõ erãt in nullius bonis vt dicaz infra in quarto not. Diuiditur in tres partes
1 vt per Bar. ꝛ alios. ¶ No. primo, † quod possessio dicitur a pedũ positione. quare aũt posses. magis denominetur a pedibus quaz ab alia parte corporis. Bal. in rub. de can. pos. ꝛ propue. circa pn. dicens, q2 pedes sunt firmũ totius corporis sustentaculũ, ꝛ habẽt se ad reliquũ corp9, sicut bases ad colũnas, q̃ in aere stare nõ possunt: q2 a terra sustentati sunt vt no. in l. quod cõclaue. ff. de dam. infec. Adde qd ista verba habuit Bal. a gl. ij. hic. in prin. ibi. Itẽ ideo q2 nature sustentamento, id est corporis auxilio opus est. Tu dic melius, ꝙ duplex potest assignari ratio. Prima ex mente huius tex. ꝙ possessio denominata est a pedibus, et nõ ab alia parte corporis ꝑpter originẽ rei. naz homines a principio prius ceperũt pedibus acquirere possessionẽ q̃ aliquid naturaliter attingere. ita ꝙ origo fuit a pedib9, q2 quicquid calcauerit pes tu9
2 tuum erit. † Secunda põt esse ratio ex mente Pau. de cast. hic. nam duo sunt principalia instrũa acquirendi possessionẽ. s. pedes ꝛ manus: instrumentũ pedum, procedit ad acquirendũ possessionem rerum immobilium, que pedibus calcantur. Manus autez sunt instrumentaz acquirẽdi possessionẽ rerũ mobiliũ, que manibus apprehenduntur vt in. §. seq. verum q2 possessio rerũ immobilium est dignior, q2 mobiliũ vilis ꝛ abiecta est possessio, ꝛ facili9 perditur. l. rem que nobis. ꝛ. l. si rem mobilem. j. eo. ideo a digniori fit denominatio, arg. l. cum in diuersis. ff. de relig. ꝛ sump. fune.
a Aliud instrumentum corporale. s. oculus,[a] non est ita aptum ad acquirendũ possessionẽ, nisi interueniat presentia rei, ꝛ voluntas
3 possessoris. vt. l. quod meo. §. si venditorem. j. eod. † Quare autem
b possessio[b] magis denominatur a corpore q̃ ab animo, cum in ea acquirenda, requiratur anim9 ꝛ corpus, ꝛ solum corpus nõ sufficeret. l. iij. in prin. ꝛ. l. quemadmodũ. j. eo. Respõdet Pau. de ca. nõ hic, sed in. §. j. j. ea. l. ꝙ istud ideo est, q2 magis principaliter requiritur actus corpalis, q2 corpus est maximũ in acquirenda possessione. d. §. j. ꝛ ibi gl. in verbo maxime ita no. Et illud fuit inuentum de iuregentium ꝙ fuit prius. Sed ꝙ requiratur anim9 istud fuit postea inuẽtũ de iure ciuili, ideo primũ reputatur potẽtius ꝛ maximũ. l. j. ff. titu. j. ita ibi dicit Pau. de ca. Alij nihil tangunt.
4 † Sed ego in contrariũ arguo sic. nã denomĩatio debet fieri a potentiori ꝛ digniori. l. queritur. ff. de sta. homi. glo. in. l. j. in princ. j.
c de verbo. obligatio. que dicit ꝙ a digniori fit denominatio,[c] ibi dixi. Et glo. in. §. sed iste in glo. j. insti. de actio. Item vbi concurrunt due cause, potentior est preponenda, ita no. do. Abb. in. c. cũ non sit in. ij. no. per illum tex. de deci. idem no. Hemi. in. c. si duo. per illum tex. de offi. delega. in. vj. Sed in acquirenda possessiõe duo de necessitate requiruntur. s. animus ꝛ corp9, vt predixi. Ani
5 mus † autem,[d] est nobilior corpore, vt patet, quia alterũ cuz deo
d alterum cum feris commune habemus. animus enim, est ens diuinum, igneus est illi vigor, ꝛ celestis origo, vt inquit poeta in. vj. eneidum quem refert gl. in. l. iustissime. in princi. ff. de edil. edic. et gl. in. §. fi. insti. de iur. natura. gen. ꝛ ciui. Item in specie loquendo potẽtior est animus in ipsa possessiõe, q̃ sit corpus. Istud assumptũ patet, q2 possessio potest amitti solo animo, sed nõ solo corpore. l. iij. §. in admittenda ꝛ. l. clam possidere. §. qui ad nundinas j. eo. Itẽ possessio potest retineri solo animo. l. licet. C. eo. Sz non potest retineri solo corpore. d. §. in amittenda. cum ergo anim9 sit nobilior. item si potentior in retinenda, ꝛ in amittenda possessione q̃ sit corpus: quare ergo non denominatur potius ab animo q̃ a corpore. Responde, ꝙ licet in amissione et retentiõe possessionis plus operetur animus q̃ corpus, tamen ex quo in acquisitione possessionis principaliter requiritur corporalis apprehensio. l. iij. §. nerua filius. j. eo. Item in origine dictũ est: quicquid calcauerit pes tuus: tuum erit. Ideo attenditur quod in acquisitione principaliter agitur. l. si quis nec causam. ff. si cer. pe. nimirum si denominatio fit a corpore: ꝛ licet in primis debeat habere animũ, deinde apprehendere possessionem. §. j. j. ea. Tamen ille animus primus, non operatur quo ad acquisitionez possessionis, sz est animus qui habetur et durat post apprehensionez possessionis. Et istam rationem originaliter videtur considerare ille tex.
e ¶ Secundo[e] no. † ex hoc tex. quod arg. ab etymologia seu allu
6 sione vocabuli est validum in iure ꝙ tangitur, in glo. j. in duobus locis, in scunda et in vltima parte. Ideo ibi seruo dicendum.
7 ¶ † Tertio no. in ver. eiusq3 rei vestigium remanere. quod in rebus hic enumeratis: quia in nullius bonis sunt: dominiũ de iure gen. sola possessione, vel apprehẽsione acquiritur. Ad idẽ est tex. i. l. j. ad fi. ꝛ seq. ꝛ prin. se. ff. tit. j. Et aduerte ꝙ ex isto tex. res hic enumerate ꝓbãt̃ in nulli9 bonis ex ipsaruz qualitate: vt lapilli inuẽti in littore maris insula in mari nata. fere, et similia. Sed in rebus non a natura sed artificio hominis productis vel fabricatis qualiter probentur in nullius bonis esse: dic vt per Bartol. in. l. rem que nobis. vbi dicam. j. eodem. ꝛ in. l. si duo. in princip. j. vti poss. ꝛ in. l. nam ꝛ si fur. in princip. ff. si cer. pe. per Bald. in Rub. extra de
8 prescrip. in. iij. colum. ¶ Quarto no. † ex tex. quod capta in bel
f lo[f] iusto, statim sunt capientium. vt probat iste tex. in verbo protinus: quod importat idem quod incontinenti. l. iij. §. in amittenda in verbo protinus ꝛ ibi Moder. ad hoc no. j. eo. Bald. no. in. l. ij. C. vt lit. pen. Ad idem est text. in. l. naturalem. §. fi. in verbo statim. et ibi no. Bart. quem videas. ff. de acqui. re. do. Ad idem tex.

a ¶ Ocul9 q̃n interuenit ꝑsentia rei est instrumẽtuz aptũ ad acquirendam possessionem.

b ¶ Possessio quare magis a corpore q̃ ab aio d nominatur.

c ¶ Denoĩatio fit a potentiori ꝛ digniori.

d ¶ Animus est nobilior corpore.

e ¶ Argumẽtum ab etymologia.

f ¶ Capita in bello iusto statim efficiuntur capiẽtium etiã in foro cõscientie.

in.l.si quid bello.j.de cap.et istud in tantum est verū,qd etiam in
foro cōscientie licitum est retinere capta in bello iusto.secundum
bald.in.c.j.in.iiij.col.de mili.vas.q cōt.est.Et pondera subtiliter
quod ea que capiuntur in bello efficiuntur capientium tanq̄ in
nullius bonis sint,vt colligitur ex hoc tex:ad hoc vt sit bona simi
litudo cū alijs casibus in tex.positis.Et ita vult bart.in suo sum-
mario in fi.⁊ cōmuniter doc.Tamē in alijs casibus res semper fue
rūt in nullius bonis,hic nō in captis in bello:que erant prius il-
9 lorū a quibus sunt capta.† Item aduerte ꝙ licet capta in bello
licito efficiantur capiētis,vt hoc tex.cū similib⁹,tñ debēt presen-
tari duci belli,q postea diuidat inter eos,scdm merita eorū.l.si qs
pro redēptione.C.de dona.Et de hoc habes tex.no.in.c.ius mili
tare ad fi.j.di.vbi tex.dicit.Itē prede decisio,pro personarū qua-
litatibus et laboribus iusta diuisio,ac principis portio,alias bo
ni pugnatores,qui intendunt pugne ⁊ nō rapine:essent deterio-
ris conditionis q̄ illi qui solū pugnant cum mortuis,et eos spo-
liant,vt equos ⁊ arma lucrentur.Et de hoc etiam vide glo.no.in
c.dicat aliquis.xxiij.q.v.quam etiam allegat Bar.ad hoc,in.d.l.
si quid bello.cum alijs concordantijs hic traditis per do.Alexan.
10 † Item secundo limita procedere istum tex.⁊ similes,in reb⁹ mo
bilibus captis in bello.sed immobilia non sunt capientis,sz spe-
ctant ad fiscū.l.si captiuus.§.j.j.de capti.gloss.ordina.in.l.diuus.
11 j.de iur.fis.Bar.in.d.l.si quid bello.Adde etiam † questionem q̄
format Joan.andr.in addi.Spe.in titul.de rapto.super rub.que
fuit inter Veronenses ⁊ Mantuanos.Nam stipendiarij veronen
ses fecerunt impetum in agrum mantuanū,⁊ magnā predam,p-
sertim animaliū.inde abduxerūt.postea post aliquod tempus,mi
lites mantuani fecerūt impetū in agrū veronensem,⁊ multa inde
abstulerunt ⁊ recuperauerunt magnā partem eis ablatorū.Fuit
dubitatū,an illa bona recuperata in bello deberent restitui prio-
ribus dñis.videbat qd sic per tex.no.in.l.ab hostibus.ij.C.de ca-
pti.⁊ fortius per rationē quā ibi assignat tex.Ad idem.l.pompo.
s.de acquir.re.do.⁊.l.si captiuus.§.j.j.de capti.In contrarium fa
cit,quia si milites in tali recuperatione pdidissent arma ⁊ equos,
illi priores domini noluissent eis resarcire.Ergo non sunt admit
tendi ad petendum illud cui⁹ cōtrariū nō essent prestaturi.l.pe.
C.de solu.Determinat Joā.an.ꝙ de iure,prima pars est verior.
Sed de cōsuetudine Italie seruatur ꝯtrium,⁊ ita fuit iudicatum
sm eum.Nisi talis recuperatio facta fuisset incōtinēti.ita loquū
tur iura primo allegata.Istam decisionē Joan.and.simpliciter
sequitur do.Alexan.hic.licet eam male referat.Et pro vltimo di
cto qd quādo preda esset incontinenti recuperata,ꝙ deberet resti
tui prioribus dñis,bene facit.d.l.ab hostibus scda.in verbo illico
Item q̄ preda non censetur effecta hostiū,quādo fuit incontinē
ti recuperata.l.iij.§.enim igitur.j.de vi ⁊ vi ar.⁊.l.fin.C.vnde vi.et
12 refert † Ang.in.d.l.ab hostibus.milites existimare,qd preda ca-
pta ab hostibus,censeatur effecta ipsorū hostiū,quādo apud eos
pernoctauit.Sed ipse putat qd dicatur effecta hostiū,qñ fuit tra
ducta in eorū presidio.arg.l.si quis in seruitute.⁊.l.seq.j.de fur.et
est gl.in.d.l.ab hostibus.Sed quando talis preda esset recupera-
ta ex interuallo,lz Joā and.teneat ꝙ de iure debeat restitui prio-
ribus dñis.Sed de cōsuetudine Italie seruatur ꝯtrium.adde qd
imo etiā de iure dz esse militū qui ē interuallo recuperarunt,cō-
signanda tñ duci belli vt diuidatur.vt.s.dixi sm Barto.in.l.si qd
bello.j.de cap.⁊ latius Ange.in.d.l.ab hostibus scda,vbi dicit ita
obseruasse regē dauid primo regū.caij.ad fi.qui predā a militibus
recuperatā ex manibus hostiū ex interuallo,non restituit priori-
bus dñis,sz diuisit inter milites.Tamen nec Bart.nec Ange.fa-
13 ciunt mentionē de decisione Jo.and.cōtraria.¶ Quinto † ⁊ vlti
mo no.ex tex.ibi eorū possessionē nactus est scdm Alb.de rosa.ꝙ
lapilli,⁊ gēme,non acquirunt sola inuētione ⁊ solo visu,nisi etiaz
accedat naturalis apprehensio.Et ita tenet gl.in.§.itē lapilli.in-
sti.de re.diuisio.quāuis istū tex.nō alleget ⁊ in simili gl.in.l.in la-
queum.s.tit.j.videbimus plenius in.l.iij.§.neratius.j.eo.¶ Ex-
peditis tex.venio ad apparatū gl.⁊ capio gl.primā quā diuide in
quatuor partes principales.In prima declarat tex.In scda scdm
Bar.remouet vnum cōtrariū.In tertia ponit tres diffinitiones
possessionis,⁊ declarat singula verba tertie diffinitionis quam te
net.In quarta ⁊ vlti.per viam not.remouet aliud ꝯtrium.scda est
ibi.⁊ est hic allusio vocabuli.tertia ibi.diffiniri aūt potest sic.quar
14 ta ⁊ vlti.est ibi.Itē nota ex eo qd dicit.¶ In pma parte dū † gl.
dicit qd possessio dr a sedibus,id est sediū positio.adde ꝙ istud vi
detur pbari ab eo ꝙ in litera sequitur quā greci cathezin dicūt.
cathezo grece idē est ꝙ sedeo vnde dr cathedra.Ad idem facit qd
dicit text.in.l.iij.§.ex contrario.in fi.j.eod.ibi.non magis apud
duos eadez possessio esse pōt,q̄ vbi ego sedeo tu sedere videaris.
Tamen text.ibi loquitur similitudinarie,nō dicit ꝙ possidēs se-
deat.Adde etiaz ꝙ satia vocabulū gallicum,seu sevsina,dicitur
possessio,quasi sesina a sedēdo.⁊ dissasire ē extra possessionē mit-
tere,sm And.de iser.in.c.j.in.v.col.de contro.feu.apud par.ter.

Item dum gl.dicit ꝙ sm primā respicit finē dictionis possessio
qui finis est sessio.⁊ sic a sedendo,sm aliam respicit principiuz di-
ctionis possessio,⁊ sic possessio quasi pes a pedibus.¶ Ex secūda
15 parte † gl.habes,qd validū est arg.in iure,ab etymologia seu ab
allusione vocabuli.facit.l.ij.§.appellata ⁊ ibi Bart.⁊ doc.s.si cer.
pe.allegata in gl.⁊ tex.in.l.j.§.j.⁊ ibi Bar.s.de tutel.⁊ tex.in.l.ita
vulneratus.in princi.s.ad.l.aqui.⁊ in.l.tugurij.⁊ in.l.pupillus.§.
territoriū.⁊ in.l.taberne.in.l.vt alphenus.⁊ in.l.notionem.§.in-
strumentorum.j.de verbo.signi.⁊ tex.in.c.cum sui.de preben.⁊ in
ca.puberes.de despon.impub.⁊ tex.de peni.distin.iij.in.c.penitē-
16 tia.l.ij.⁊ ibi gl.⁊ tex.xxiiij.q.j.in.c.pudenda.Adde † ꝙ fortius no.
Bar.hic,ex ista.j.gl.in fi.⁊ oēs sequūtur,ꝙ ppria significatio su-
mitur ex allusione vocabuli.allegat etiam ad hoc tex.in.l.tugurij.
vbi glos.j.de verbo.signi.qui parum facit.Sed tu allega pro hoc
bo.text.in.l.notionem.§.instrumentorum.in verbo proprie.j.de
verbo.signi.⁊ tex.in.l.j.in princ.in verbo ⁊ proprie quidem.et ibi
Bar.in penul.colū.ad hoc no.j.ad municip.idem tenet Bart.in
l.oēs populi.s.de iusti.⁊ iu.in.iij.qd.vj.qōnis princip.ad fi.in ver.
quero vnde sumatur ista propria significatio idem Barto.in.l.li-
17 berorū in.ij.qd.qōnis princ.j.de verb.signi.bene facit † qd dicit
Bald.in.c.j.§.si quis de manso.in vlti.colū.de contro.inuesti.vbi
dicit,ꝙ etymologia est resolutio vocis in proprium effectum rei.
ita etiam dicit bal.in.l.nō sine.C.de bo.que lib.Sed aduerte licet
omnes ita transeant.Ego ꝯ bart.⁊ contra gl.ꝙ imo propria signi
ficatio non sumatur ex allusione vocabuli.pondero text.nostrum
dum dicit pedum quasi positio.pōdero illaz dictionez quasi,que
denotat improprietatē.l.ij.s.de vsuf.ea.re.que vsu cōsu.⁊.l.si quis
non quasi heres.s.de acqui.heredi.gl.⁊.doct.in.l.si ante nuptias.
18 s.sol.ma.† Limita istud not.secundum barto.⁊ cōmuniter alios,
nō procedere quādo etymologia repugnat diffinitioni:tūc enim
magis attēditur diffinitio quā etymologia vocabuli.vt probat
bart.hic in testamento.Nam secūdum etymologiā,codicillus di
ceretur testamentū cum sit testatio mentis:vnde attēditur diffi-
nitio posita in.l.j.j.de testa.secūdum quā,nō comprehenditur co
dicillus:vt ibi declarat bart.vbi etiā ponit eandem limitationem
quā hic.Et idem barto.in.l.j.per illum tex.j.de furt.⁊ in.d.l.tugu
rij.⁊ in.d.§.appellata.Et ibi Albe.de ros.⁊ Ang.idem bart.in.d.
l.omnes populi.in.iij.q.vj.q.princip.ad fi.Ratio est q̄ diffinitio
euacuat diffinitum secundū genus ⁊ substātiales differentias.l.j.
§.non fuit.cum similibus.s.de dolo.no.in.l.omnis diffinitio.j.de
regu.iur.ideo diffinitio prefertur etymologie vocabuli,secūdum
domi.Abba.in capitu.j.in pe.col.de iudi.et istam doctri.bartol.
19 teneas.Aliam subtiliorem † theoricam tradit subtiliter Rapha.
cuma.hic.ꝙ argu.ab etymologia vocabuli non procedit affirma
tiue:quia plerunq̄ repugnat diffinitio.et ideo codicillus nō po-
test dici testamentum:quia sit testatio mentis:quia esset arguere
ab etymologia vocabuli affirmatiue,ꝙ non valet.Sed negatiue
semper ⁊ infallibiliter procedit secundum eum Idem tenēt Sa-
lic.⁊ Fulg.in.d.§.appellata.Ange.de Are.institu.de testa.in pri-
ci.d.Abb.in capitul.cum secundum.in.v.no.per illum tex.de pre
bē.⁊ in.c.j.in pe.col.de iudi.⁊ pōdera.ꝙ ita arguit negatiue iurisc.
in.d.§.appellata.vbi dicit.Et ideo si non fiat de meo tuū non est
mutuū.ita etiā negatiue arguit tex.in.c.forus.i ver.iudex.de verb.
sig.vbi dicit tex.ꝙ iudex dicit q̄ ius dicit:⁊ idō negatiue,si ius nō
dicat nō est iudex.Ratio huius subtilis doctrine est.nam etymo
20 logia se habet tanq̄ genus.vnde arguere † ab etymologia voca-
buli affirmatiue,esset arguere de genere ad speciem affirmatiue,
qd argumentū nō tenet:vt si dicā est animal,ergo est homo.Sed
negatiue,a quocūq̄ remouet genus:bene remouet quelibet eius
species.l.si quid earū.§.interemptū.s.de lega.iij.gloss.in.l.itē pre-
21 tor.ais in.l.j.in princ.s.de aure.et arg.lega.Et aduerte † qd ita ar
guit Bal.negatiue in.q.quam dicit fuisse de facto in ista ciuitate
Papie in.d.c.j.§.si quis de manso.in vlti.colū.de contro.inuesti.
Nam statutum est hic Papie.quod quis nō possit ducere molē-
dinum de flumine ticini ad flumen padi sub certa pena.Aliquis
duxit molendinum carentē molis ad flumen padi.fuit dubitatū
an incidisset in penam statuti.bald.consuluit qd nō:quia molēdi
nū dicitur a molendo.ergo negatiue,vbi non sunt mole:non po-
test dici molēdinū.similiter alibi bart.arguit negatiue in.l.tutor
qui repertorium.in.fi.col.ad fi.s.de admi.tuto.qd tutor in inuēta
rio pupilli non tenetur ponere debita.Et arguit sic.Nam inuen-
tarium dicitur,q̄ inuenta in bonis pupilli debēt in inuētario de
scribi:vt dicit gl.j.in.d.l.tutor qui repertorium.in prin.Sed bo-
22 na † dicuntur inuēta,que possunt apprehendi manibus.§.itē la-
pilli.insti.de re.diui.l.si barsatorē.C.de fideius.no.doc.in.l.lz.C.de
acquiren.pos.Sed debita pupilli non possunt apprehendi mani
bus tutoris:ergo negatiue arguendo,nō debent poni in inuēta
23 rio:quia non sunt inuenta in bonis pupilli.Adde † quod simili
ter clericus dicitur a cleros grece:quod idem est quod sors latine:
quia clericus dicitur electus in sortem dñi ca.cleros.xxj.dis.vnde
negatiue

negatiue procedit ar. si non est electus in sortem dñi. ergo non est clericus, ita arguit tex. in c. clericus. xij. q. j. & in d. c. cũ secundum.
24 de preben. † Sed aduerte diligenter, q ista doctrina pôt procedere, quando nomen imponitur seu sumitur ex sua essentiali natura, vt mutuũ & testamentũ: tunc procedit predicta doctrina. Aliquãdo assumitur nomẽ nõ ex naturali essentia rei. sed ex eo quod desideratur seu rationabiliter debet esse in nominato: tunc non pcedit dicta doctrina. naz Imperator dicit augustus: q debet esse huius propositi, q augeat imperium: & tamẽ si non augeat sed diminuit: & sic nõ facit id quod desideratur, tamẽ dicitur augustus. vt not. gloss. in princi. ff. veteris. & glos. in proe. instit. † Similiter
25 Papa dicitur pontifex, quasi faciens pontem ad vehendum subditos in viam, exemplo vite & doctrine, et tñ negatiue, si nõ facit, quia sit malus: tamẽ est pontifex. vt no. Jo. an. in c. j. de cõstitu. in vj. facit tex. in c. aliorum. & in c. nemo. ix. q. iij & qđ no. in c. si papa. xl. dist. Istam doctrinã tradit magistraliter do. Abb. in c. j. in pe. col. de iudi. Non bene istam doctri. do. Abb. per quam tolles infinita que possent in oppositum adduci. Ecce nuptie dicuntur ab obnubendo id est velando, quia mulieres maritate debent velate incedere. vt est tex. in c. hec mago. xxxiij. q. v. glos. insti. de pa. pote. in princ. Itẽ matrimoniuz dicitur q mulier nubit vt mater fiat. & tamen negatiue non procedit argu. Mulier non est velata ergo non sunt nuptie. Item non fit mater ergo nõ est matrimonium. Nã ista nomina sunt imposita, nõ ab essentiali natura sz ab eo q rationabiliter desideratur. Similiter, monachus dicitur a monos, quod est solus. & tamẽ si cũ multis habitat, dr monachus c. si cupis. cum glo. xvj q. j. † Item, monasteriũ dicit, quasi mona
26 chorum statio. & tamen est monasteriũ etiam si ibi non sint monachi, vt pbatur in c. cũ dilectus. in verb. pullularet. & ibi Bal. in fi. ad hoc not. de consue. Similiter vniuersitas a multitudine dicta est. et tamen negatiue vbi nõ est multitudo tamen est vniuersitas quia potest in vno remanere. l. sicut. §. fi. & ibi gl. ff. qđ cuiusq; vniuer. & lxv. dist. c. fi. & ibi glo. & sic per istam doctrinam domi. Abb. potes multa tollere. Aliqualiter tñ obstat tex. in d. capi. forus. in versicu. iudex. † Licet ista doctrina sit subtilis, tamen credo q in
27 neutro mẽbro, & sic nec in primo nec in secundo, sit vera. Et cõtra primum membruz dñ dicitur q ar. ab etymologia vocabuli affirmatiue nõ pcedit, q nõ sequitur, fit de meo tuũ, ergo est mutuũ, quia posset esse donatio. Itẽ nõn sequitur, est testatio mentis ergo est testñ, q posset esse codicillus. cõtra istud mẽbrum adduco duos fortes text. primo tex. in l. j. ff. de fide instru. vbi iuriscõsult. arguit ab etymologia affirmatiue, instrm dicit q istruit, & ideo tã testimonia q̃ persona, istrumẽtor loco habent. † Nec dicatur qđ
28 illud, loco habent: denotet improprietatez. l. mercis appellatiõe & ibi gloss. j. de ver. signi fi. Bart. in l. si maritus. §. i. ff. ad l. iulia de adul. q istud tollit p similẽ tex. i l. notionẽ. § instrumẽtor. i vbo ppie. j. de ver. sig. Secũdo in contrariũ allego tex. in §. sunt tamen qui putant insti. de interdi. vbi tex. arguit affirmatiue, quod non solũ interdicta prohibitoria sint interdicta. sed etiã restitutoria & exhibitoria: quia interdicta dicũtur inter duos dicta. Similiter fm membrum, quod arg. ab etymologia vocabuli negatiue semp & infallibiliter procedat: reprehendunt Lud. ro. & d. Alexã. hic & in d. l. ff. §. appellata. Noti per tex. nostrum qui dicit possessio est quasi pedum posisio, ergo negatiue deberet procedere argu. vbi non est pedum positio ibi non possessio. & tamen argu. est falsum. quia oculis & per aspectuz absq; pedum positione acquiritur possessio. §. si iusserim. j. ea. l. & l. quod meo. §. si venditorem. j. eo. Nisi dicas quod hic sit dictio quasi que est nota improprietatis vt superi dixi. vel q hic ponatur pedum positio, pro quocũq; actu corporali, apto ad acquirendã possessionẽ, cum tex. subijciat quia per eũ tenet qui ei insistit. Ego contra istud fm membruz allego duos fortes tex. in l. j. j. de fur. & in §. j. insti. de ob. que ex delt. qui dicunt q furtum dicitur a furuo id est nigro q de nocte fit. Et tamen negatiue non procedit, non est surreptum de nocte ergo non est furtum, q furta etiã fiunt de die. l. furem nocturnũ. & ibi glo. j. d. l. cor. de sic. Ad hoc respõdet subtilis doctor do. Pet. de bern. q allusio furti posita in d. l. j. respicit cõmuniter accidentia, dicit enĩ ibi tex. q plerũq; fit nocte vnde negatiue. ista est bona cõsequẽtia nõ fit de nocte, ergo nõ est furtum fieri cõsuetum. Tu dic q ista so. stare non potest, nam pondera q tex. ibi dicit furtum dicitur a furuo id est nigro, q clam. & obscure fit, & plerunq; nocte. In eo q dicit plerũq; nocte bene respicit cõiter accidẽtia. sed non qñ dicit clam. & obscure. Ergo negatiue si non fiat clam & obscure non erit furtum. & tamẽ istud est falsum cum fit dare furtum manifestũ qđ non fit clam. l. ij. & tribus seq. j. de furt. Posset dici, q iurisconl. ponit alias etymologias, vel fraude, vel a ferendo foras, vel ab auferendo: vnde arg. ab etymologia procedit qñ vnam habet secus si plures vt ibi. Secundo contra istud membrum fortiter obstat text. in l. taberne appellatio. j. de verbo. signifi. nã taberna dicitur, eo q tabulis claudatur. ergo negatiue: si edificium non est factum tabulis: non debet dici taberna. et tamen est falsum vt ibi dicit iurisco. quia taberne appellatio cõprehendit edificium vtile ad habitandum, quãuis tabulis non claudatur: ita ibi dicit text. Ad illum text. respondet Bart. in l. tugurij. eo. tit. q ideo argu. ab etymologia vocabuli ibi non procedit: quia repugnat natura vocabuli. Alb. de ros. in d. l. tugurij. respondet. q in d. l. taberne appellatio: ideo non procedit ar. ab etymologia vocabuli: q mens legislatoris resistit: sed neutra so. realiter tollit illum tex. Ideo teneas theo. Bart. hic. ff. relatam. quia nõ potes securiori adherere. et ita habes perfecte expeditam istam
29 materiã & cõsequẽter istam scdm partem glo. ¶ † In tertia parte prin. glo. habes tres diffinitiones possessionis quam etiã peritissimi nesciuerũt diffinire, vt dicit gl. i l. stipulatio ista. §. hec quoq;. j. de ver. obli. Primaz diffinitionem reprobant Bar. & Albe. & cõmuniter alij, per tria fundamenta: tamen eam defendunt & bene Guil. de cu. & Cy. in l. licet. C. e. Raph. cu. & do. Alex. hic. Sed pro certo mirandũ est: q omnia ista tria fundamenta punctualiter militãt cõtra diffinitionẽ, quã. j. sexto loco tenet Bar. vbi etiã est dictio ius, & dictio rei, & dictio insistẽdi vel detinẽdi. propter q̃ tria Bartol. reprehendit diffinitionẽ Jo. & tamẽ ipse in sua diffinitione incidit in eadem tria vitia. Non obstat ergo primum duz dicitur q est ius, cum possessio sit facti, per quatuor iura hic allegata per Bartol. quia dico q communis opi. est quod possessio prout est quesita, est ius, prout statim dicam: & proprie. Jo. diffinit possessionem prout est in esse deducta vt Bar. met. j. dicit. Nõ ob. scdo, q dicatur rem, que est terminus generalis, q non simpliciter dicit rem, sed addit rem detinẽdi. & sic loquitur de rebus que possunt detineri: sed incorporalia non possunt detineri, & ista est bona q̃uis do. Alex. aliter respõdendo, dicat, qđ etiam res incorporales large possidẽtur. l. si edes. §. fi. i fi. ff. de serui. vrb. pred. & l. quoties. §. ff. de serui. ti. generali. Hinc est q competit iterdictũ possessorium, etiã pro possessione vel quasi rerũ incorporalium. l. ij. in princ. j. vti poss. & d. l. quoties. vnde cum diffiniatur possessio in genere: non est incongruum fm eum, quod sub ista diffinitione cõprehẽdantur etiã res incorpales que large dicũtur possideri. Istud vlti. mihi non placet, q diffinitio que ponit quidditatem: vt dicit Bar. non comprehendit impropria. Non ob. tertiũ de verbo detinetur, quot competit seruo, qui non potest possidere. l. q seruus. j. eod. quia dictio ius, tollit obiectum prout bartol. met. j.
30 in sua diffinitione dicit, & quãdo fit mentio † de iure: intelligitur de eo q non cadit in seruo. l. illa verba. j. de verb. signifi. bene facit iste tex. in verbo q naturaliter tenetur & tex. in c. causam cum glo. de prescrip. & est glo. in §. j. in verbo maxime. j. ead. l. & in l. iij. §. ex cõtrario in gl. magna in verbo genera. j. eo. Et sic tene diffinitionẽ Joãnis que est bona & in effectu eadem est illa quã ponit bar. Unum solum videtur obstare: q diffinitio dz constare ex genere & differentijs, vt homo est animal. istud est genus rationale ad differentiam bonorũ. mortale ad differentiam angelorũ: vt declarat Bar. in l. j. j. de testa. sed ista diffinitio Joannis non videt cõstare ex genere & differentijs. Nisi dicas & bene q imo cõsiet. Naz dum dicit est ius ibi ponitur genus. Postea dicitur detinẽdi ad differentiam dñij & ad differentiã vsufru. vt declarat barto. in sua diffinitione. Item dicit sibi ad differentiam eius qui aliũ possidet vt est colonus. l. si id q. §. j. j. eo. & ad differentiam serui qui nõ detinet sibi sed domino. d. l. qđ seruus. j. eo. Et isto modo etiaz tollitur tertia reprobatio barto. dum dicebat quod detinere cõuenit seruo: quia Joannes nõ simpliciter dixit detinẽdi. sz addidit sibi
2 dicecur. ¶ † Scdo no. q duo insimul copulatiue requirunt ad acq rendã posses. s. corpus τ animus. vt hic. τ. l. quemadmo. cũ si. j. eod.
3 ¶ † Tertio no. q per ingressuz ptis fundi, acqrit possessio totius. Amplia istũ text. vt pcedat nõ solũ respectu partiũ fundi q erant tpe apphẽsionis: sed et partiũ q postea p alluuionez acreuerunt. ita p istũ tex. no. licet Bar. in trac. tyberia. in verbo acquirit nobis, circa prin. q qd adiectuz est per alluuionem: sicut prior ager possi detur: τ qs presumitur in ea opiniõe esse vt velit totũ fundũ pos- sidere. l. si ex toto. in prin. τ. l. qd in rerũ. §. pe. ff. de leg. j. et sequitur
4 Bal. in rub. ff. de rerũ di. in. xij. col. † Adde bene facere text. in. l. si ego. §. idẽ ait. vbi qd tñ p allusionẽ iũcta. l. cũ sponsus. §. fi. ff. de publi- cia. vbi publiciana nõ dat nisi adepta possessiõe. τ tñ dat respectu eius qd accessit p alluuionẽ post adeptã possessionẽ. facit, q allu- uio sequtur naturã fundi. l. ergo. §. alluuio. eo. ti. j. ¶ Expeditis te- xtua. Capio glo. ij. in verbo corporalia: quã diuide in duas ptes: put in effectu remouet duo principalia contraria. scda ibi. itẽ nec
5 corpalia oĩa. ¶ † In ea. glo. ibi. l. sicuti. §. aristo. Habes ex ista pri ma parte gl. q incorporalia nõ possident pprie. sed quasi possiden tur. idẽ dicit gl. in. l. seruus. §. incorporales. eo. ti. j. Bald. in. l. j. in. ij. col. C. per quas perso. no. acqui. Et adde glo. not. in. l. regulariter. ff. de peti. hered. que addit, q etiã est possessio magis impropria vltra incorporalia. Item τ improprissima. alibi dicit magistraliter Bal. in. l. ij. in. viij. col. C. de serui. τ aqua. qd quasi possessio incor- poraliũ inheret rebus corporalibus sicut accidẽs seu qualitas he-
6 ret subiecto vt sunt seruitutes. † quedã est possessio icorporalissi- ma q nõ coheret rebus corporalibus. sed quibusdã dationibus vel factis, vt si ecclesie debetur census vel aliquid annuum in signum subiectionis: et ista possessio incorporalissima, stat potius in ab- stracto q concreto. Et hz plurimum iuris magis q aliqua alia possessio: q non est in rebus corporeis fundata sed extra corpora.
7 ¶ † Iuxta gl. nostram oportune queritur, an statutũ faciens men tionem de possessione, hz locũ in quasi possessione incorporalium que improprie possidentur. Est pulcher τ subtilis passus et valde necessarius in quo do. Ant. de bu. in repe. c. fi. in. ij. col. de cau. pos. τ ppie. tenuit, q si statutũ facit mentionem de possessione, intelli gatur de ppria, τ sic corporalium, nõ aũt incorporaliũ, que impro prie dicunt possideri, vt hac glo. τ iuribus in ea allegatis. τ sequit
8 simpliciter. d. Alex. hic in. j. no. qui plus non dicit. † Adde q pro ista opi. d. Ang. Are. in rub. eo. in pe. col. adducit doctri. Bal. in l. qua actione. §. proinde. ff. ad. l. aquil. p illum tex. q vbi competit vtilis actio, non vendicat sibi locũ statutum: q vtilis est ex inter- pretatione extẽsiua, quam statuta non recipiunt. l. curatoris cum glo. no. C. de neg. ges. Sed pro quasi possessione. τ sic pro iure incor porali, competit ius vtile τ non directũ. l. quoties secunda. ff. de serui. vbi tex. dicit q competit quasi interdictum. τ barto. in. l. j. in prin. ff. vti posside. τ sic videt, q statutũ loquẽs de possessione vel de possessore, intelligatur de eo qui hz ius directũ pro possessiõe, τ nõ vtile. tñ q bald. ibi loquit expresse in statuto penali put etiaz loquit ille tex. p quẽ Bald. no. Ideo illa regula scdm Are. gñaliter
9 probatur in. l. iij. §. illud et ibi no. Bar. ff. rẽ pupil. sal. fo. † vbi sti- pulatio q est stricti iuris, nõ trahit ad eum qui non tenet directo sed vtiliter. Cõtrariã opi. qd imo statutum loquens de possessiõe habeat locũ etiaz in quasi posses. incorporaliũ tz Aret. in. d. rub.
10 eo. Motus in effectu triplici fundamento: primo † q statutuz concedens executionẽ paratam instro guarentigiato ita compe tit habẽti vtilẽ actionem, sicut habenti directam scdm Bart. in. l. j. in pe. col. ff. de actio. τ ob. per text. optimum in. l. si procurator. in prin. ff. de pcu. vbi si sit lata snia in fauorem procuratoris: tñ dñs hz executionẽ illius snie, quis dñs solum habeat iura vtilia. Se
11 cundo † q ius vtile subrogatur loco directi: vnde sicut creditor ex forma statuti põt facere capi personaliter debitorez, ita etiã põt facere cessionarius. vt declarat bald. in. l. per diuersas. in. x qõ. C. mãda. vnde nedũ in materia stricta sed etiã in correctoria, idem ius sortitur subrogatũ sicut habens ius directũ, τ ad hoc allegat are- ti. tex. de quo facit magnũ festũ in. §. reliquum. in ver. vnde conse quens. in aut. de here. ab intesta. colla. ix. vbi in materia correcto- ria filius fratris q subrogat loco fratris ita excludit fratrez consan-
12 guineũ sicut excludit frater. † Tertio adducit quod in specie vult glo. ordi. τ approbata in. l. si quis in tantam. C. vnde vi. que tenet q illa lex penalis τ odiosa loquens in possessione hz locũ in qua si possessione iuriũ incorporalium. Et ad text. in. d. l. iij. §. illud. et
13 qd ibi no. barto. ff. rẽ pupil. sal. fo. † Respondet Are. qd loquitur in dispositione hominis, que non ita faciliter extenditur sicut di- spositio iuris. c. susceptum. de rescrip. in. vj. ca. cum in illis. de pre- ben. in. vj. per que iura ita declarat Ioan. de imo. in. l. si vero. §. de viro. in. ij. arti. princip. ff. solu. matr. Adde q ita etiam consulendo tenuit Aret. in consili. xxx. qd incipit viso themate τ cõsultatiõe ad me transmissa. in antepe. col. Itẽ adde bald. in terminis idem tenentem, τ miror q eum non viderit nec ipse Are. nec. d. Alexã. hic. ita bald. in. c. licet causam. in fi. de proba. vbi tz, q si statutũ di cat, quod si quis ingrediatur in possessionem, vel si quis occupa- uerit possessionem: vel duxerit exercitium in possessionez: tale sta tutum trahatur etiam ad quasi possessionem per tex. in. l. sed et si possessori. §. sed τ si rerũ. ff. de iurein. vbi dicit esse tex. no. τ vtilem de hoc Moder. senen. distinguunt, τ forte nõ male: q aut in qua si possessione militat eadẽ ratio que in possessione, τ tunc statutũ loquens de possessione habet locum in quasi possessione propter identitatem rationis: alias secus, vt hic per eos. quid tenendum in hoc vtili τ quotidiano passu. teneo opinionem domi. Anto. de but. τ do. Alexã. cum in statutis verba debeant proprie intelligi, nec statuta sint trahenda ad casum improprium. l. j. §. si is qui na- uem cum vulgaribus. ff. de exer. l. quicquid astringende. in prin. de verborum obliga. confirmatur per tex. in. l. fina. in principio cum glos. ff. de dona. vbi dispositum in traditione, non verificatur in
14 cessione iurium, que est quasi traditio. ¶ † Tertio ad idem bene facit quia bonum est argumenenum de possessione ad contractus τ econtra. l. quis saltus. j. eo. sed statutum loquens de cõtractu nõ hz locum in quasi cõtractu, puta in aditione hereditatis, q est im proprie contractus. l. apud iulianum. §. fin. τ ibi in terminis bart. ff. quib. cau. in pos. ea. q statuta debent intelligi in pprio signifi- catu. vt dixi: sed adire non est proprie contrahere sed quasi contrahere: vt ibi est tex. τ in. §. heres insti. de obl. que ex quasi contra. Idẽ te nẽt Bal. Ang. imo. Raph. cu. τ. d. Alex. in. l. mutũ. §. j. ff. de acqr. here. d. Abb. in. c. qua fronte. in primo no. de appel. late angel. de are. in. d. §. heres quoq. τ ista videtur magis cõis opi. quicquid te nuerit idẽ Bar. in. d. l. mutum. in prin. ergo idem dicemus in ppo sito in possessione. qd statutum loquens de possessiõe, nõ hẽat lo cũ in quasi possessione. τ q appellatiõe contractus nõ veniat quasi cõtract9 nisi largissime est gl. in. c. fi. in glo. ij. τ ibi do. Abbas de fo. compe.

Sicut nec

15 Sicut † nec econtra, appellatione quasi cōtractus nō venit ꝯc°. vt est gl. solē. in. c. decet domū. in verbo ꝓcessa. de immu. eccle. in vj. tenendo istā partē. nō obstant dicta prima fundamenta Are. q̄r loquunt̄ in diuersis terminis. ibi cū cessionarius est loco dire-cti: ⁊ nepos loco fratris. Sed habens quasi possessionē incorpo-ralium non est proprie loco habētis possessionē ꝓprie. ¶ Itē rñ
16 dēdo † in spē nō ob. primū fundamentū Are. ꝙ q̄ñ ex forma sta-tuti instr̄a guarētigionata habēt executionē paratā, verificant̄ in habēte vtilē sicut directā: ſm Bar. in. d. l. j. in pe. col. ff. de ac. ⁊ ob. Bal. in. l. ex legato. in fi. C. de lega. Rñdet̄ clare, ꝙ ex hoc statutū disponit, ꝙ instr̄a guarentigionata habeant executionē paratā, certe ita dr̄ instr̄m guarentigionatū illud cuius respectu cōpetit vtilis, sicut illud cuius respectu cōpetit directa: nimirū si in vtro-ꝗ verificat̄ tale statutū, q̄r vtrunq̨ dr̄ proprie instr̄m. l. j. ff. de fide instru. ⁊. l. notionē. §. instr̄orum. ff. de ver. sig. secus est in q̄ōne no-
17 stra: q̄r alia est possessio vera corporalium: alia quasi possessio: que cadit in corporalibus. Non obstat scd̄m † qd̄ statutum cōcedēs cre ditori capturaȝ personalem debitoris contra regulas iuris, verifi catur in cessionario lȝ nō sit ꝓprie creditor, ſm Bal. in. d. l. per di-uersas. in. x. q. C. mēda. Rñdet̄, ꝙ rō est vt ipse dicit, q̄r loco eius subrogatur. Et subrogatū sapit naturā eius cuius loco subroga-tur. secus est in. q. ista, vbi quasi possessio incorporalium non sub-rogat̄ in locum vere possessionis sed de per se stat ⁊ principaliter.
18 † Non ob. gl. in. d. l. si quis in tantam. q̄ videt̄ magis ad propositū q̄r Bar. ibi. in. iij. col. dicit, ꝙ illa gl. ꝓcedit in iuribus ꝓpter que possidet̄ res in qua habet̄ illud ius, vt in vsufructuario emphy-teota ⁊ similibus, qui possidēt fundū in quo habent̄ ista iura, tūc qui inuadit bene incidit in penā. d. l. si quis in tātā. secus est in iu-ribus incorporalibus, propter que nō possidet̄ res in qua habe-tur illud ius. Sed dicitur habere quasi possessionē illius iuris, et tūc q̄r vere non possidetur nō hȝ locū cōditio ex illa cōstitutione d. l. si quis in tātam. Uel secūdo rñde intelligendo illā gl. ꝙ etiam generaliter procedāt, ꝙ cū text. in. l. pe. ff. de serui. dicat pro quasi possessione incorporaliuȝ esse ꝓdita interdicta quasi possessoria, ⁊ sic in remedijs possessorijs equiparat possessionē ⁊ quasi possessio-
19 nē, nimirū si remediū. d. l. si qs in tātā. loquēs in possessione hȝ tūc locū in quasi possessione vigore dicte equiparationis: † q̄r quan-do duo casus a lege antiqua per modū regule equiparant̄, dispo-sitū in vno in eadē materia presumit̄ dispositū in alio. gl. in. l. quod vero cōtra. ff. de legi. ⁊ gl. in. l. si qs seruo alieno suaserit. in fi. C. de fur. ⁊ ita declarat Jo. and. in. c. fi. de consue. d. Alex. i. l. postulāte. i prin. ff. ad treb. secus si statutū in alia materia faceret mentionem de possessione, tunc non haberet locū in quasi possessione. ¶ An
20 aūt † statutū loquēs in possessore habeat locū in eo qui dolo de-sijt possidere ⁊ sic qui fingit̄ possessor ponit Joā. and. in reg. pos-sessor in merc̄u. de reg. iur. in. vj. ⁊ ita habes plene vt arbitror ex-peditū istum articulū. ¶ Capio gl. in verbo animo quā diuide in tres partes. In prima remouet vnū ꝯtrium. In. ij. ponit sex fallen-tias ad tex. ⁊ sic remouet illa sex. cōtraria vno mō, ⁊ postea rñdet
21 alio mō. In. iij. ⁊ vlt. format no. q. scd̄a ibi: sed in casibus. tertia et vlti. est ibi: sed quid si intraui. ¶ † In ea. gl. ad fi. Ustaȝ vlr̄. partem gl. Bar. ⁊ doct. reputant valde sing. ⁊ notandā si est vera. vnde no ta sing. ex ista gl. ad intellectū toti° tituli, qd̄ in acquirēda posses-sione exigit̄ animus acquirēdi de nouo. nec sufficit animus conti
22 nuandi in possessione iā quesita q̄ non erat. ¶ † Ex ista gl. infert barto. ad practicā, ꝙ si facio positionē ꝙ possedi talē fundum per totum istū annum vsq̨ ad kalendas februarij. deinde per testes ꝓbo solū de vltimis sex mensibus, debeo succūbere. q̄r probo so-lum animū continuādi ⁊ non acquisitionem possessionis. Sȝ ad uerte ꝙ ista illatio barto. non videtur de iure posse procedere ſm Are. hic. ⁊ ante eum Raph. cu. hic. q̄r ant aduersarius confessus est talem positionē, ⁊ tunc cum ex confessione partis plena resul tet ꝓbatio, superfluū est ꝓbare possessionē per testes. c. fi. de ꝓba. ſ.
23 i antiq̄. ant negauit. ⁊ tunc ex positione negata nō pōt se iuuare ꝑ regulā ex eo nō debet qs de reg. iur. in. vi. ⁊ ita tȝ bar. in. l. post lega tū. in prin. in pe. ⁊ vlt. col. ſ. de his qb. vt indig. ⁊ in. l. non vtiq̨. j. de excep. ⁊ in. l. naturaliter. §. nihil. cōmune. in. iij. oppo. j. eo. ⁊ sic nō pōt dicere, ꝙ in dictis sex mensibus vltimis de quibus deponūt testes continuauit possessionē, ⁊ animus ad continuandū non in ducit acquisitionē de nouo. ⁊ sic principiū acquisitionis nō ꝓbat̄ per testes ⁊ sic non videt̄ illatio Bar. aliquo casu procedere. Huic difficultati rñdet Are. alij nihil tangunt: doctri. bartol. posset ha-bere locum q̄ñ non fuisset responsum positionib° per partem, ⁊ sic non diceret̄ affirmasse nec negasse sed certe ista responsio nihil vȝ
24 q̄r cōtumax† in respondendo positionibus, habet̄ pro ꝯfessio, sic non respondendo intelligeret̄ confiteri positionē. c. fi. de confes. in vj. bal. in. l. vnica. in. xxj. col. C. de confes. facit. l. de etate. §. q tacuit de interrog. actio. vbi interpretati fit cōtra nō respondentē. est bene verū, ꝙ ille q facit positiones dȝ iurare ꝙ credat eas esse ve ras al's nō dȝ eis rñderi, nec tunc non respōdens haberet̄ pro con-fesso. gl. est solēnis in. l. vni. in glo. mag. ad fi. C. de cōfes. quam glo. ad hoc reputat singularē Bal. in. c. in pertractādis. de iura. calū. do. Alex. in cōsi. clj. quinti vol. incip. repetitus in causa matrimo
25 niali. in. j. co. ¶ Sed ego † non sic intēdo saluare Bar. q̄r esset ni-mia diuinatio ⁊ restrictio ad illationē Bart. vnde ego rñdeo for-maliter ⁊ vere, qd̄ lȝ ex positione negata non possit negans se fun dare, tñ pōt principaliter se fundare ex dictis testiū receptorū su per positione negata. ita egregie limitat Ang. in cōsi. cliij. incip. in. q. vertente inter dñm micheletū quē refert ⁊ simpl'r sequitur. d. Alex. in cōsi. lxxxiij. v. vo. incip. viso puncto q̄ōnis premisse. ⁊ an te eos idē tȝ Bar. in. d. l. post legatū. in prin. in vlt. col. in ver. que ro ego negaui positionē tuā. Et sic poterit dicere testes tui tñ de ponunt de sex vltimis mensibus. Ergo probant solā cōtinuatio nē possessionis. Ergo nō sufficit ad acquirendū possessionē. ergo debes succūbere cū nō ꝓbaueris de initio possessionis. Isto mō
26 bñ defendit̄ illatio bar. ¶ † Istā glo. reprobāt Bar. Ang. Jmo. ⁊ oēs Mod. hic. Bar. in. l. gerit. in pe. col. ſ. de acq. here. Bartol. Ang. ⁊ Jmo. in. l. sequitur. §. idē labeo. ⁊. §. de illo. ꝑ illos tex. j. ti. j. bal. in. q. per eū disputata que incipit accusatus de vi turbatiua in. vj. col. Jmo. in. l. qui fundū in prin. j. pro emptore. Adde bar. qui a nemine allegatur in cōsi. ccvj. incip. inter ꝓcuratorē dñe ber nardine. vbi bar. dicit ꝙ nullus reprehendit istā gl. sed qd̄ ipse so-lus eā reprobat ⁊ tȝ ꝯtrariū. idē tȝ Raph. cu. in. l. clam possidere. §. q ad nundinas. ad fi. j. eo. do. Alex. in cōsi. cxlvj. v. vo. incip. in cā ⁊ litevertente inter nobilē Raph. in. iij. col. Jdē subtil'r tȝ Are. in l. j. in pe. co. C. de ser. fug. ⁊ ista ē magis cōis opi. ⁊ eā teneas. ¶ Et vltra tria fundamēta bar. ꝑ ista pte bñ facit tex. in. l. si qs duas. §. si in vēditiōe al's est. l. al's est. §. vt ibi dicit glo. ſ. cōmu. ꝑ. vbi fuit excepta seruitus tanq̄ cōstituta. certe si nō erat acq̄sita ꝑ pat̄ acq̄-sitionē de nouo: ⁊ tñ illa exceptuatio fuit facta ad cōseruandā ser-uitutē tanq̄ cōstitutā ⁊ illū tex. ad hoc no. Ange. cōtra istam gl.
27 Secundo † facit optimus text. in. l. si quis mihi bona. §. sed qd si mandauit. i ver. aut qd si petirā. ⁊ ibi Jmo. Pau. de ca. d. Alex. et Are. ad hoc no. illū tex. ſ. de acq. here. ⁊ dicūt eē optimū adhoc ꝙ anim° ratificādi actū iam gestum inducit mandatum de nouo ad adeundum. ⁊ illum tex. ad hoc reputat mirabilē ⁊ sing. Areti. in. l. legata inutiliter. in prin. ſ. de leg. j. ꝙ ratificatio facta de bono rum pos. petita, inducit nouū mandatū ad adeunduȝ. ¶ Tertio ad idē facit tex. in. l. iulianus. ſ. qui satisda. cog. vbi mandatuȝ ad agendum de nouo, operat̄ confirmationem eius qd̄ antea factuȝ erat. ¶ Contrariam opi. ⁊ sic cū glo. tenent Jac. de Are. Ray. de
28 for. ⁊ Albe. de rosa. hic. moti: † q̄r actus agentium, non operātur vltra eorum intentionem. l. non omnis. in prin. ſ. si cer. peta. ⁊. l. obligationum substantia. §. fin. j. de acti. ⁊ obli. Sed iste non age-bat acquirere de nouo sed continuare possessionem iam quesitā ergo non debet operari vltra eius intentionem. Sed ad hoc rñ-de dupliciter. Primo ꝙ actus agentium non debent operari vl-tra eoȝ intentionem, est verum primitiuam vel secundariaȝ. ita limitat. bald. in. l. si absentie. in. §. opposi. per illum textum. C. si certum peta. Sed hic ꝗuis deficeret primitiua voluntas, nō de-ficit secundaria prout in. d. l. si absentis. Secundo respōde ex se-cundo fundamento bartol. ad acquirendum possessionem suffi-cit quod quis velit possideri et tenere. non autem requiritur qd̄ de nouo velit acquirere vt hoc text. ⁊. l. j. §. adipiscimur. ſ. eo. ista voluntas est in casu nostro vt declarat bartol. ¶ Secundo mo-nentur per text. in. l. iij. §. subtilius. ſ. de condi. ob causam. vbi si trado tibi rem meam velut tuā, nō acquirit̄ tibi dñiū. ecce quali ter ibi tu recipis rem animo continuandi dñium iam acquisituȝ, et tñ ille animus non operatur acquisitionē de nouo. confirmatur vltra eos q̄r facilius acquiritur dñium q̄ possessio. l. j. §. itē acqui-rimus. vbi dixi. ſ. e. si ergo ibi ex aīo ꝯtinuādi nō acq̄rit̄ dñium de nouo: multomin° in ꝓposito nr̄o ex aīo continuandi possessionē acquirit̄ possessio de nouo: sed responde ꝙ ibi ideo est q̄r tradens non intendebat transferre, vnde succedit regu. l. id quod nostruȝ. j. de regulis iuris. vnde nimirum si ibi non attenditur animus re-cipientis, sed hic intrat possessionem rei vacantis ideo licet in-tret animo continuandi iam quesitā cum non sit acquisita, acqui-rit de nouo. ¶ Tertia pro ista parte multum facit tex. in. l. is qui putat et. l. sequenti. ⁊ quod ibi vult glo. ſ. de acquiren. hereditate, vbi qui est heres voluntarius ⁊ credit se esse suum ⁊ necessarium, iste se immiscendo non acquirit hereditatē. rō est ſm bar. ibi quia animus suus fuit cōtinuare iam quesitam hereditatem. et sic fuit animus ad continuandum ⁊ approbandum non autem ad que-rendum, ergo nō debet operari acquisitionem de nouo: ⁊ ille tex. fortiter viget pro opi. glos. nostre ſm Ludo. roma. ⁊ Are. hic. nec ipsi aliter respondent. tu omissa responsione do. Alexan. ibidem responde: quod ideo ibi est, q̄r in additione hereditatis requirit̄ ꝙ qs intelligat causam sue aditionis, alias vitiat̄ aditio. l. qd̄ si du-bitet ⁊. l. sed et si de sua. ⁊. l. is qui putat. ſ. de acqui. here. ⁊. l. quan-diu. C. qui admit. ideo aditio hereditatis facta ꝑ filiū que non vȝ

in vim aditionis. non vz etiam in vim immixitionis nec ecõtra:
qꝛ ignorat cãm sue imixtionis ꝛ sic teneas opi. Bart. ꝛ magis cõ-
munẽ ꝯtra gl. lz ad iura q̃ allegat bar. posset dupliciť rñderi. Pri-
mo qꝛ in illis legibus res habuit aliquod initiũ lz inualidũ aut
inualidatum: vnde nõ diciť omnino falsum quã pmordiũ aliqđ
habuit veritatis. l. cum filius. §. heres. ſ. de leg. ij. Secundo potes
dicere ꝙ illa iura Barto. loquunť qñ credo possidere per seruum
qui tradidit mihi domino, sed aliquo respectu ago acquirere de
nouo ꝓut etiam dicunt Mod. senen. hic. nam prius possidebam
corpore serui naturaliter, vnde recipiẽdo rẽ a seruo volo incipere
possidere naturaliter corpore meo. ꝛ sic hoc respectu habui animũ
acquirendi de nouo non simpliciter continuandi prout in. q. glo.
¶ Capio gloss. in verbo quanlibet: quam diuide in tres partes.
In prima opponit ꝛ dupliciter soluit. In secunda colligit ex te-
xtu. arg. ad. q. In tertia querit ꝛ not. rñdet. scđa est ibi. Itez est hic
argu. tertia ꝛ vltima est ibi. Itẽ quid si ingrediať. ¶ In ea. gloss.
29 ibi. Item † est hic arg. ꝙ ꝑ parte baptizatus, hanc opi. approbãt
cõmuniter cano. in. c. debitũ de baptis. ꝙ sufficit quãlibet partem
corporis esse baptizatam licet non sit baptizatum caput. ꝛ est gl.
de conse. dist. iiij. in. c. proprie ad fin. ꝛ de peni. dist. j. in. c. vulgaris
facit qꝛ baptismus fit respectu anime que dř tota in toto ꝛ tota in
qualibet eius parte ſm Bart. in. l. stipulationes non diuiduntur
in prin. in tertia oppo. j. de verbo. obliga. ꝛ in. l. si cui. ſ. de seruitu.
30 tit. generali. ¶ † In eadem gloss. ad fin. habes ꝙ per apprehen-
sionem possessionis vnius predij, non acquiro possessionem alio-
rũ prediorum. etiam concurrente voluntate volendi acquirere posses
sionem aliorum. facit. l. j. §. veteres. cum glos. ſ. e. ꝛ. l. predia. j. e. vbi
apprehensa possessione vnius serui, nõ intelligitur apphensa pos
sessio aliorum, q̃uis vno titulo simul debitorum. ad idẽ facit ꝙ tz
Spec. in tit. de primo ꝛ secundo decreto §. iam de effectu. in princ.
vbi reprehendiť nũtios ꝛ executores iudiciales quibus data est li
centia vt in possessionem plurium feudorũ inducãt ꝛ inducunt in
vnum: non dicitur in alios facta missio q̃tuncunq; animus nũtij
et partis fuerit apprehendere possessionẽ oĩm rerũ. ita etiaz tenet
Bal. in. l. ij. in. x. col. in ver. super tertio. C. de serui. ꝛ aqua. Angel.
31 in. l. lz. C. eod. do. Alex. hic. † Amplia istam cõclusionem gloss. vt
procedat nõ solum qñ sunt plures res distincte ꝛ separate vt tunc
per apprehẽsionem vnius rei vel vnius predij nõ acquirať posses-
sio aliarum rerum: prout proprie loquitur ista gl. sz etiã si ille plu-
res res continerenť sub vniuersitate iuris puta hereditatis: tunc
apprehensione possessionis vnius rei hereditarie nõ dicor appre-
hendisse possessionem aliaruz rerũ hereditariarũ, lz oẽs contineã
tur sub vniuersali nomie hereditatis. lz restituta vna re heredita
ria fideicommissario vniuersali intellgatur restitutuz totum ius
hereditarium. glo. in. l. restituta. in prin. ſ. ad treb. Bar. hic. idem
And. de iser. in. c. j. in prin. in. iiij. colum. in ti. quid sit inuestitura. se
32 cus † si esset vniuersitas rei puta vna res plures sub se continens:
puta castrum, qꝛ capiendo possessionez partis castri, dicor capere
possessionẽ de oĩbus edificijs in eo existentibus ſm Bar. hic, per
l. gaius. §. j. ſ. de le. ij. ꝛ. l. predijs. §. titio. ꝛ. §. seq. ſ. de le. iij. que iura
parum videnť facere cũ loquãť respectu dñij, ꝛ nõ sit bonũ argu-
mẽtũ de dñio ad possessionẽ, cũ facilius acquirať dñium q̃ possessio
l. j. §. itẽ acquirimus. vbi dixi. ſ. eo. tñ pro cõclusione Barto. adde
33 ꝙ † similiter apprehendendo possessionẽ domus videor apprehẽ
disse possessionẽ omnium rerum in ea existentiũ. l. si ego. §. dotis.
in ver. quid em̃ interest. ſ. de iure do. nã qui possidet continẽs, cẽ-
setur possidere contentum. ſm Bal. in. l. de his. C. de fur. lz cõtra
istud vltimuz videať fortiter stringere text. in. l. qui vniuersas. in
prin. j. e. vbi possidens vniuersas edes non dicitur possidere singu
las res in edibus existentes nisi respondeas ſm Ang. ibi nõ pos-
sidet singulariter sed bene in concreto. ꝛ refert ꝛ sequiť. d. Alexan.
34 hic. in vlt. colũ. ¶ † Supradicta procedunt in rebus corporalibus.
in iuribus vero incorporalibus puta in iurisditione tunc exercen-
do vnum actum iurisditionalem volente eo qui mihi vendit ca-
strum ꝛ qui est in quasi posses. iurisditionis, acquiritur mihi qua-
si possessio totius iurisditionis. ita signanter tz Bar. hic. argu. l. si
stillicidij. §. fi. ſ. quemad serui. amit. iuncta reg. l. pe. ſ. de seruituti.
vbi dicitur ꝙ in iuribus incorporalibus scientia ꝛ patiẽtia aduer
sarij habetur ꝓ traditione ꝛ causat quasi possessionẽ per quam in
duciť prescriptio in istis iuribus incorporalibus. l. j. ꝛ. ij. vbi gloss.
Bart. ꝛ doc. C. de serui. ꝛ aqua alias antem contra voluntatez ha
bentis iurisditionẽ si aliquis vellet occupare vt inquit Bar. ꝛ sic
vellet prescribere barto. de hoc se remitti vt hic per eum, tu dic ꝙ
35 qui † est vsus vna specie iurisditionis non acquirit iurisditionem
in alijs, qꝛ regula est q̃tum possessum tm̃ prescriptum et nõ plus.
l. j. §. si quis hoc interdicto. cũ glo. no. j. de iti. actu. priua. per quam
gl. barto. ibi ita no. determinat, ꝛ dicit ꝙ ille tex. cum glo. semꝑ est
36 tenẽdus mẽti ꝛ ꝙ nunq̃ obliuiscaris. † Adde facere tex. in capit.
auditis ꝛ in. c. cũ olim. vbi. d. Ab. in vlt. not. ad hoc not. de prescri
ptio. vbi probať ꝙ exercens aliqua iura episcopalia illa sola pre-
scribit nec extendiť pscriptio ad alia etiã filia. ad idẽ tex. in. c. fi. in
fi. de offi. archid. ꝛ in. c. ꝙ translationẽ. ꝛ ibi do. Abb. in vlti. not.
ad hoc no. de offi. leg. ꝛ in. c. cum in tua. ꝛ ibi do. Ab. in. ij. ꝛ. iij. no.
ad hoc no. de decimis. Facit etiaz qꝛ prescriptio iurisditionis est
strictissimi iuris ꝛ non extenditur ad non possessa vt statim dicã.
37 † Si aũt nullus esset in quasi possessione vniuersalis iurisditiõis,
ꝛ sic iurisditio esset vacans, tunc bene no. ꝙ exercendo vnũ actum
iurisditionalem acquirendi vlẽm iurisditionem prescribitur ius
vniuersale illius iurisditionis vacantis. ita clare tenet Innoc. in
c. dilecto. de offi. arch. per tex. in. c. j. de reli. do. vbi etiã Inno. idez
tz do. Abb. in. c. cũ inter. in. iiij. col. in ver. quarto ꝛ vltimo casu. de
re iu. ꝛ in. c. cũ olim. in. ij. col. in vlt. no. de pscrip. ꝛ in cõsi. lxx. ij. vo.
incip. casus talis est. qdã clericus noĩe eccřie. d. Alex. in ꝯsi. lxviij.
ij. vo. incip. viso ꝛ bene discusso ꝓcessu. in pe. col. ad fin. vbi ad hoc
allegat Jo. and. in. c. auditis. de prescrip. No. bene istam conclu-
sionẽ que lz in practica videatur tenenda ꝓpter autoritatẽ pdicto
rum doc. ꝛ neminẽ contradicentẽ inuenio, tñ ego dubito, ꝓ regu
lã quã dixi, qꝛ tm̃ pscriptũ q̃tum possessum ꝛ nõ plus. d. l. j. §. si qs
hoc interdicto. cũ glo. ꝛ ibi bart. j. de iti. actu. pri. que regula mili-
tat etiam isto casu. Item prescriptiões restringunť ad actus per
quos exercentur ꝛ ꝓprios facti terminos nõ excedunt ſm bald.
no. in. l. fi. in pe. col. in prin. C. cõia vtriusq; iudi. itẽ prescriptio iu-
risditionis est iuris strictissimi ꝛ nõ extenditur ad non possessa vñ
38 prescripta † iurisditione nõ intelligitur prescripta potestas coer-
cendi sine qua non videtur posse exerceri vt est tex. no. in. c. cũ con
tingat. de fo. cõpe. ꝛ ibi. d. Abb. ꝛ clarius. d. Car. ad hoc no. Card.
ꝛ Imo. in. c. pastoralis. in prin. de offi. deleg. d. Alexã. in. l. ij. in. ij.
col. de iurisd. om. iudi. lz alr's iurisditio sine coertione videať quasi
frustratoria. l. fi. ſ. de offi. eius cui man. est iuris. c. ex literis. de offi.
delega. ¶ Ex predictis omnibus fac regulã. ꝙ in iurisdictiõe pre
scribenda q̃tum possessum tm̃ prescriptum et non plus. Limita
primo nisi quis exerceat vnum actum iurisditionalez volente eo
qui vendidit castrũ ꝛ qui est in possessione vel quasi iurisditionis
vniuersalis ſm barto. hic. Secundo limita nisi iurisditio esset va
cans ꝛ quis exerceat vnum actum iurisditionis aĩo totam acqui
39 rẽdi. vt. ſ. dixi. ¶ † Tertio no. limita ꝙ lz prescriptio iurisditiõis
nõ extendať de vna spẽ ad aliam spẽm, tñ bene extendiť de perso
na ad personam in his terminis. vnde qui prescripsit iurisditio.
in aliquo territorio posset eam exercere etiã in aduenas ꝛ forẽses
ibi delinquentes lz quo ad eos nunq̃ fuerit in possessione. ita no
tat Bal. in. l. si quis diuturno. in. ij. col. per illum tex. ſ. si ser. ven-
di. idẽ no. tz bal. in addi. Spec. in ti. de iurisdi. om. iud. circa fin. in
ver. antepe. vbi tz ꝙ qui prescribit iurisditionem in incolas: vide
tur etiam prescripsisse in forenses qui ibi deliquerunt: quia ista p-
scriptio causat ius reale. quod contra quemlibet redditur. l. fina.
C. vbi ꝛ apud quos. Et quia iurisditione pscripta intelligitur etiã
prescriptuz ius cui iurisditio inheret. d. l. fina. C. vbi ꝛ apud quos
Ad hoc etiam allegat. c. fin. de foro competen. ¶ Quarto aduer
40 te † ꝙ quando quis habet fundatam intentionem de iure com-
muni tunc per exercitium certi articuli probatur possessio vniuer
salis iurisditionis. ita signanter tz. d. Abb. post Innocen. in. c. j.
de reli. do. per illũ tex. quem ad hoc reputat singularem inferens
ad aliquas nota. decisiones de quibus hic per eum. Nota predi-
cta quia non inuenies alibi istam vtilem materiam ita collectaz:
nec ita declaratam. Et per ista habes vtiliter vt puto expeditum
istud principium.

1 ☞ Incertitudo quando vitiat acquisitionem possessionis ꝛ q̃
incertitudo sit.
2 Si emptor q emit centum tabulas in predio titij in parte quam
elegerit anteq̃ eligat agat rei vendi. an obtinebit.
3 Quota non constituitur certa per nomina numeralia puta. x. vel
viginti.
4 Equitas non semper contradicit rigori.
5 Si incertitudo non causať ex persona nec ex facto libellantis, ad
mittiť petitio incerta.
6 An procedat libellus peto illud qđ titius possidet in tali villa.
7 An ꝓcedat libellus peto quicquid titius possidet in tali villa.
8 Que dicatur fallentia accidentis.
9 Incerta pars rõne loci ꝛ quote non põt possideri.
10 Filius pro sua legitima nõ soluta ꝓpria autoritate occupans bo-
na, nullius partis pos. acquirit, qꝛ sua legitima est incerta ratiõe
loci qꝛ pro indiuiso.
11 Si vendo quicqd iuris habeo in tali fundo ꝛ cõstituam me noĩe
tuo possidere, non trãsfertur possessio.
12 Si comes concessit cuidã ecclesie quicqd iuris hz in tali loco, hec
concessio est inutilis: ꝛ nihil operatur.
13 Usuarius ꝛ vsufructuarius an quilibet pro parte possideat.
14 Incertitudo qñ est rõne loci ꝛ quote simul, impedit acquisitio-
nẽ pos. hec regula fallit septẽ modis.
15 Quãdo pos. trãsfertur ex dispositione legis vel statuti nõ obstat
incertitudo

incertitudo.
16 Per constitutum generalem transfert posses. oim bonorū, etiaʒ futurorum.
17 Licet apprehēsio pos. incerta non valeat, tñ vʒ venditio de omni iure quod habeo in tali loco.

Etenim incertam. Incerta res ratione loci ⁊
quote non pôt possideri.
h.d. ¶ Capio gl. primā in verbo titius quam diuide in tres ptes.
In prima declarat text. ⁊ allegat duos text. concordantes. In se
cunda oppo. ⁊ soluit. In tertia iuxta illā oppo. querit. scōa ēst ibi
sed opponit pars incerta. tertia ⁊ vlt. est ibi: illud q̄rit. ¶ In pri
ma parte gl. restringit tex. qñ titius similiter erat incert⁹. ⁊ sic glos.
vult duo vnum expresse aliud tacite a ꝯrio. Primo gl. vult exp̄sse
ꝙ iste text. restringat quādo titius silr̄ erat incertus. Istud re
probat Paul. de cast. in vna lectura, vina ratione, qꝛ si titius erat
incertus quō poterat possidere per hūc text. si ergo possidebat vt
dicit text. ergo nō erat incertus. do. Alex. ⁊ Are. defendūt istā gl.
ab hac impugnatione Pau. de ca. qñ titio ignorāti possessio fuis
set acquisita per aliū puta p filiū vel seruū ex cā peculiari vel per ꝓ
curatorem qui acquirit possessionē dño ignorāti. l. j. C. eo. ⁊ l. j. C.
per quas perso. no. acqui. tunc titius possidet lʒ ignoret q̄ntum.
Sed caue prout etiā dicunt Mod. senē. hic: ꝙ tūc titius possidet
animo ⁊ corpore illorum qui bene certi sunt. ⁊ sic ibi est certitudo
p̄stantis ministeriuʒ. §. saltus. j. ea. l. Preterea vltra eos ī isto tex.
ego volo possidere quicq̄d titi⁹ possidet. ⁊ sic refero me ad posses
sionē quā titi⁹ hʒ: sed ex quo titi⁹ ignorat se possidere. ergo ⁊ mea
dicit incerta dato ꝙ filius ⁊ seruus vel ꝓcurator per quos possi
det sint certi. Sed non refero me ad eorum possessionem. Scōo
qō vult ista gl. tacita a ꝯtrario, est, qō si titius fuisset ipse cert⁹ q̄n
tum possideret tunc non procederet iste text. qꝛ tunc possem acq
rere possessionē eius qō titius possidet, ex quo ipse est certus. Et
hoc constat, qꝛ tunc incertitudo declarat per relationē ad certum
ex persona autoris sui, facit, qꝛ paria sunt, vel qō aliq̄d sit certum
per se, vel per relationē ad aliud. l. ait pretor. §. j. j. de re iudic. et. l.
institutio talis. ff. de cōdi. insti. ⁊ l. certū. ff. si cer. pe. ⁊ cū ista cōclu
sione glo. tacita tenent Imo. ⁊ cōiter mo. hic. facit tex. in. l. si qs
extraneus. §. fi. ⁊ qō ibi not. Bart. ff. de acq. here. vbi ꝓbat, ꝙ qñ il
le qui nescit ex qua parte sit institutus heres hꝫ hanc voluntateʒ
ꝙ velit acquirere quecunq̄ sit illa pars que est sibi relicta in testō:
talis incertitudo non impedit acquisitionem hereditatis, quia
1 pôt certificari per testm̄ ad quod fit relatio. ¶ † Item inq̄ntū ista
gl. in ista prima parte allegat duos text. pro ꝯcordanti. in. l. locus
j. e. illa videt potius facere in cōtrariū. ⁊ Bart. opponit. de illa. l.
locus. ⁊ sic gl. allegat eā pro cōcordanti. ⁊ Bart. allegat ꝓ ꝯrio: sed
salua vtriusq̄. nā ille. tex. hʒ quatuor partes ⁊ gl. voluit allegare in
tertia parte. in versi. incerta aūt pars. vel voluit gl. allegare in vl
ti. parte. ⁊ sic in ver. si. ad id qō dixerat gloss. ꝙ titius similiter erat
incert⁹. nā ibi dꝛ in ver. si. ꝙ qui ignorat neq̄ tradere neq̄ accipe
re id quod incertum est pôt, ⁊ sic loquit qñ erat incertitudo ex ꝑ
te tradentis ⁊ ex parte accipiētis. ⁊ sic ex parte vtriusq̄. Sed post
ea ille text. in secūda parte. in ver. ⁊ certa pars ꝓ indiuiso pôt pos
sidere, illa pars obstat ad tex. nostrum, qꝛ ibi erat pars incerta lo
ci, ⁊ tñ pôt possideri ⁊ vsucapi: sed responde, ꝙ iste tex. ꝓcedit, qñ
est incertitudo rōne loci ⁊ quote simul, puta titius vēdit tibi quic
quid possidet in tali villa, incertū est pro quota parte possideat ī
illa villa ⁊ in quo loco. in quibus fundis, tūc qꝛ est omnimoda in
certitudo et loci et quote, illa impedit possessionem et vsucapio
nem. in istis terminis loquitur. §. noster. secus qñ est incertitudo
rōne loci sed est certa rōne quote, tunc pôt possideri ⁊ vsucapi, ita
loquit text. in. d. l. locus. in secunda parte, vt qñ vendis mihi ter
tiam partē pro indiuiso huius fundi. Istā quota est certa, qꝛ scio te
possidere tertiam partē, sʒ est incertū in quo loco istius fundi cuʒ
sit indiuisus. ⁊ in re indiuisa in quolibet minimo cespite terre ha
bes tertiā partē. l. meuius. §. duob⁹. ff. de leg. ij. Similiter econtra
qñ est incertitudo rōne quote: sed certitudo rōne loci: tunc bñ po
test possideri ⁊ vsucapi. puta scio ꝙ possides ab isto loco ad illuʒ:
sed nescio an sit tertia vel quarta vt est gloss. not. in. l. emptor. ī gl.
j. ff. de vsucap. pro emptore. et gloss. in. l. si fur. §. fin. j. titul. j. Et per
2 ista dicit † Bart. se dixisse in cōtingentia facti, quidaʒ emit cētuʒ
tabulas terre in predio tuo in illa parte quam eligeret. Et tu ven
ditor constituisti te noīe illius possidere: emptor egit reivendica
tione anteq̄ eligeret partē, dʒ succumbere, qꝛ est incerta rōne loci
⁊ quote, ergo non potuit possideri, ⁊ sine possessione non potuit
transferri dominium, ergo non potuit agere rei vendicatione: q̄
presupponit dñium in agente. l. in rem. ⁊ l. officium. ff. de rei ven
di. l. vni. C. de alie. iud. mu. cau. fac. ⁊ c. examinata. de iud. Et cum
Bart. tenet omnes indifferēter. Tu adde ꝙ ita consuluit bartol.
qui non allegat ab aliquo in consilio. lxxiiij. incip. Petrus vendi
dit berte sorori sui. et ibi ita limitat regulam. l. quoties. C. de rei
ven. ⁊ in illo consi. Bart. no. loquitur ⁊ plenius q̄ hic: sed aduerte
licet omnes teneant cū Bar. credo ꝙ male cōsuluerit, qꝛ lʒ ī casu
Bar. sit incertitudo ratione loci, tñ est certitudo ratione quote. s.
centum tabulas sed ad hoc respondet Are. hic. s̄m Pau. de cast.
3 ꝙ † quota non constituitur certa per nomina numeralia. puta. x.
vel. xx. vel centum tabulas, sed per noīa significantia quotam vt
tertiā quartam ⁊ similia: sed caue, qꝛ imo cētum tabule sunt pars
fundi quotitatiua ⁊ certa, sicut si emissem tertiam partem fundi q
sit trecentum tabularum. nam est certa quota per relationem ad
mensuram totius fundi. ergo dʒ sufficere vt predixi, lʒ sit incerti
tudo tm̄ rōne loci. ¶ Secundo inq̄ntuʒ ista gl. in prima parte al
legat pro concordanti. l. si fur. §. si. j. tit. j. caue, cum tex. ibi dicat ne
minē mera subtilitate partem incertam posse possidere, ergo in
nuit, ꝙ de equitate incerta pars possit possideri: tñ s̄m glo. ⁊ doc.
ibi non dʒ sumi tale arg. a contrario sensu, ⁊ hoc mō ibi equitas et
rigor se cōpatiuntur, cum non semper equitas contradicat rigo
4 ri. imo aliqñ † contrariuʒ equus est vt ptʒ ex nota. in. l. j. §. j. ff. de
iust. ⁊ in. s̄m Bart. Ange. ⁊ Imo. in. d. l. si fur. §. fin. ¶ In. ij. parte
gl. dum dicit ꝙ pars incerta vendicat. Gl. verū dicit in casu quem
allegat in. d. l. que de tota. §. incerte. ff. de rei vend. ꝓpter iustā cām
incertitudinis vt ibi dicit tex. quando ꝓpter cōputationē heredi
tatis ⁊ sic incertam detractionē falcidie legatarius est incert q̄n
5 tum sibi de legato debeat, vnde † cum ibi incertitudo non causet
ex persona nec ex facto libellantis admittit petitio incerta. l. j. §.
quia aūt. j. quor legator dixi in. l. vbi aūt non apparet. §. q illud.
j. de ver. ob. alias aūt non videtur ꝙ semper sit verū ꝙ pars incer
6 ta possit peti seu vendicari. † Unde in terminis. §. nostri non pos
set in libello petere illud quod titius possidet in tali villa. nā nō
procedere talis libellus. ita singu. tenet Bartol. in. l. titia cum te
stamento. j. ad fin. ff. de leg. ij. alleg. capitul. cum ad sedē. ⁊ ibi Inn.
de resti. spo. ⁊ cum Bar. tʒ simpliciter solus Rapha. cu. ibi: aliȷ̄ ni
hil tangunt, sed in hoc cōtrarium est verius, vt tʒ Spec. in tit. de
actio. ⁊ obl. §. sequitur ver. q̄d si peto, expresse. domi. Ab. reprobās
Bart. in. c. ij. in. viij. col. de libel. obla. ⁊ idem etiā do. Anto. de bu.
⁊ Io. de imo. reprehendunt Barto. ⁊ allegant Inno. ita tenere in
c. certificari. de sepul. contrarium etiam tʒ Angel. in. l. j. in prin. in
iij. col. ff. de eden. vbi etiā ad hoc alleg. Inn. in. d. c. certificari. idem
7 no. tʒ Io. fab. in. §. curare. in. iiij. col. insti. de actio. † Similiter pro
cedit libellus generalis. peto quicquid titius possidet in tali vil
la s̄m Spec. in. d. §. sequitur. in ver. q̄d si peto. do. Ant. de bu. in. c.
cum ad sedem. in. viij. col. de resti. spo. do. Alex. in consi. clxxxvj. se
cundi vo. incip. in cā ⁊ lite vertēte. inter reuerendissimum. ⁊ vltra
autoritates preallegatas, bene facit ad predicta, qꝛ cum tūc libel
lus referatur ad factum ipsius rei conuenti. i. ad illud qō ipse reus
possidet, ⁊ sic reus hebet facultatem deliberandi an cedat vel con
8 tendat, ergo procedit libellus. l. j. in princip. de eden. ¶ † Itē dū
glo. in ista secunda parte dicit de fallacia accidentis habes etiaʒ
glo. in. l. vendicatio. ⁊ in. d. l. que de tota. §. incerte. ff. de reivendi. ⁊
vtrobiq̄ dicit Albe. de ro. qō fallacia accidentis dicitur quando
quid mutatur in quale. Et ita etiam dicit Albe. de ro. in dictiona
ris suo. in verbo fallacia. Adde vel quando infert de quid ad qua
le s̄m glo. et Barto. in. l. debitor. §. si. ff. de lega. ij. Et dum barto.
ponit sophisma, quicq̄d emisti comedisti, ista est vera, carnes cru
das emisti, ista etiam est vera, ergo carnes crudas comedisti: ista
est falsa, qꝛ nō comedisti carnes illa qualitate crudas quales emi
sti. ⁊ sic est fallacia in illo accidenti crudas. Ita hic in glo. quicq̄d
vendicatur possidet, est verū, sed nō in ea qualitate in qua vēdica
tur possidetur: qꝛ ille qui agit bene vendicat partem incertā que
possidetur: sed illi qui conuenitur possidet certum. s. totum fun
dum. Adde aliud sophisma quod ponit Ioā. and. in regula sine
culpa. in vltima charta. de reg. iur. in. vj. in mercuria. quod etiam
refert Pau. de ca. hic. volo ꝓbare ꝙ asina est mater tua. hoc mo
do: Ista asina est tua. hec est vera. Ista asina est mater qꝛ hʒ pul
lum. ista est vera. ergo ista asina est mater tua. Ista est falsa: qꝛ que
dam possunt predicare disiunctim, que non licet coniungere pro
pter dictam fallaciam accidentis s̄m eum. ¶ Ultimo circa istuʒ
tex. vt nihil ambiguitatis relinquatur. quando sum ea mente vt
velim possidere quicquid titius possidet. Intelligo istū tex. ꝓut
etiam intelligit glo. ff. in prin. quando etiam titius erat incertus
ratione loci ⁊ quote q̄ntum possideret prout etiā est text. clarus q
ponit eandē regulā in. l. locus. in ver. incerta. ⁊ ver. si. j. e. vbi text.
ita declarat hanc regulam, quando incertitudo erat ⁊ in traden
te ⁊ in recipiente ⁊ sic in vtroq̄, tunc non pôt possideri nec vsuca
pi. alr̄s si titius esset certus q̄ntum possideret, ⁊ hoc constaret, tūc
non ꝓcederet iste tex. qꝛ incertitudo declararetur per relationeʒ
ad possessionem certam titij. vt. ff. dixi. ¶ Nec obstat fundamen
tum Pau. de cast. ꝙ in isto tex. titius possidebat: ergo erat cert⁹
dico quod titius in se erat incertus: sed certitudo erat in prestan
te ministeriuʒ in possidendo, quia hic possessio fuit acquisita per
seruum vel filium ex causa peculiari vel per procuratorem: qui
bus casibus acq̄rit possessio penitus ignorāti, vt statim dicā. j. in

iij. limitatione. & ille possidet cuius noīe possidet. l. q̄ meo. in pn. j. eo. & c. cū venisset. in fi. de rest. spo. & c. si diligenti. de prescrip. isto
9 modo procedit tex. sine scrupulo. ¶ † Extra gl. vt clare & ordinate habeas materiā huius. §. fac regulā et plures fallētias regule. est q̄ incerta pars rōne loci & quote nō pōt possideri vt hoc tex. &
10 l. locus. in ver. incerta, & v. fi. j. eo. & l. si fur. §. fi. j. tit. j. † Per istam regulā & sic per istum tex. & d. l. locus. determinat Bart. in l. ij. in prin. C. qū & quibus quar. pars debe. lib. & q̄ filius pro sua legitima non soluta, propria autoritate occupans bona, nullius partis possessionem acquirit, q̄ sua legitima est incerta ratione loci, q̄ pro indiuiso. l. meuius. §. duobus. š. de leg. ij. Itez rōne quote, q̄ nescit quāta debeat ppter incertitudinē eris alieni, cum legitima debeat deducto ere alieno. l. pap. §. quarta. š. de inoffi. testa. idem tz Bal. in l. si qs in suo. in prin. C. de inoffi. testa. do. Alexa. in consi. pe. iij. vo. incip. attētis narratis in themate. Are. in ɔsili. clvj. in-
11 cip. diligenter visis. in vlti. col. & idē Are. hic. ¶ † Scdō, per istam regulā infertur, q̄ si venderem vel donarē quicqd iuris habeo in tali fundo, q̄ est incertitudo in loco. & in quota, lz constituaz me tuo noīe precario possidere, vel mihi retineā vsumfructū, aut conduca a te, nō ppterea in te transfert possessio s̄m Angel. in. l. que de tota. §. incerte. š. de rei ven. Angel. & Mod. in d. l. locus. j. eo. et
12 ibi est tex. de hoc, in tertia particula. in v. incerta. ¶ † Tertio, per istā reg. refert bart. in l. si sic. §. j. infi. š. de leg. j. & in l. legauit. p illū tex. de lib. leg. q̄ si comes vel baro concessit cuidam ecclesie quicquid iuris hz in tali loco, hec concessio est inutilis, & nihil operat, nisi de iure concedētis appareat. q̄ ista incertitudo impedit acquisitionem possessionis, & per consequēs dnij, vt hoc tex. & d. l. si fur. §. fi. Idem tz Spe. in tit. de locato. §. nūc aliqua. in ver. lviij. Oldr, Laur. in cōsi. clxiij. incip. viso priuilegio. in l. qd̄ si in venditione. p illum text. š. de here. vel act. ven. Ang. & Mod. in d. l. locus. j. e. d. Alex. in cōsi. xxxj. ij. vo. incip. in hac causa & lite. in iij. colū. ad fi. et
13 seq. ¶ † Quarto per istā regu. Bart. in l. in summa. in ij. colum. j. vti possi. & in. §. ex cōtrario. in pe. col. j. ea. l. reprehendit glos. vtrobicq̄ volentē, q̄ vsuarius & vsufructuarius possideant quilibet p parte diuisa, & male: eo q̄ portio incerta rōne loci & quote nō pōt
14 possideri vt hoc tex. ¶ † Limita istā regulā, vt pcedat qū est icertitudo rōne loci & quote simul: secus qū est incertitudo rōne loci sed est certa ratione quote vel econtra quando est incertitudo ratione quote sed certitudo ratione loci vt dixi. š. in glos. in princi. ¶ Secūdo limita qū talis incertitudo declararet per relationem ad aliud certum puta ad personam autoris sui qui esset cert⁹ quātum possideret vt dixi. š. in glo. in prin. vel qū incertitudo declararetur per relationem ad possessionez quesitā de quo esset certum. ¶ Tertio limita qū possessio acquirit per seruum vel filium ex cā peculiari vel per procuratorem, quia cum acquirat penitus ignorāti. l. j. §. itē acquirim⁹. š. eo. l. peregre. §. quesitū. j. e. & l. j. C. eodez. multo fortius si sciat se possidere, ignoret tn̄ quotam vel quem locum possideat per regulā. l. vni. in prin. C. de rei vxo. actio. q̄ tunc certitudo est in ministro acquirent. q̄ sufficit vt. §. saltus. j. ead. l. ¶ Quarto limita qū contractus fieret hoc modo, vendo quicqd iuris habeo. Item trado qcquid iuris habeo, tūc nō pōt sic possideri vt hoc tex. secus si vendo quicquid iuris habeo in fundo, & totum fundū trado: tunc acquiritur possessio et prescriptio procedit. l. j. §. sed et si fundus. j. de vsuca. pro empt. Ista limitant Bar. & Pau. de ca. in l. emptor. in prin. j. de vsucap. pro emp. ¶ Quin-
15 to limita qū possessio † transfertur ex dispositione legis vel statuti, vt in casu. l. raptores. C. de epis. & cle. tunc non obstat incertitudo, q̄ lex est certa de oī eo qd̄ est in rerum natura. l. cuz quidam. §. quod dicitur. š. de acqui. here. l. cum ad presens. cum tribus se. š. si cer. pe. Idem videm⁹ in dn̄io qū transfertur ministerio legis vt in legatario in quez transfertur dominium ipso iure illud queritur etiam in parte incerta. text. est in l. que de dota. §. incerte. š. de rei ven. Secus aūt si mediante acquisitione possessionis dominiū
16 esset querendū p istū text. & ita etiā tenēt Mod. senē. hic. ¶ † Sexto no. limita qū fit constitutū omnium bonorū prout tota die cōtingit, q̄ in instrumento quis constituit se possidere oīa bona nomine creditoris. nam per tale constitutum transfertur omīs possessio respectu bonorū presentium, non obstante qd̄ videat icertitudo ita in terminis tz bar. in l. celsus. j. ti. j. in ver. sed pone qd̄ debitor obligauit oīa bona. Imo fortius, qū fit constitutū generale oīm bonorum presentium & futurorū, tale constitutū vz & operatur translationē possessionis non solū respectu bonorū presentiū: sed etiā respectu futurorū qū erunt acquisita. Ista iest magis cōmunis snīa, lz non sit sine scrupulo per tex. in l. fi. C. que res pignor. oblig. pos. & melius in l. Quis. j. de preca. vbi si constituo me possidere tuo nomine ancillam, istud constitutum extendit etiaz ad partum nascituru, & sic ad futura. Ita tenent Iac. bu. et Sali. in d. l. fi. Bartol. in consi. lxxvj. incip. punctus talis est. pater filio suo emancipato. Ange. in q. per eum disputata. incip. in refulgēti palatio. et in consi. clxxviij. incipi. visis instrumentis predictis.

8 ¶ Fundi. ad de bar. in l. a tutore. j. de rei vē. & doc. i. l. diuortio. š. so. matri. j. §. si fundū. et l. nūq̄ nuda. §. thesaurus. š. ti. j. glos. et do. in. §. thesaurus. insti. de rerū diui.

& in l. j. in prin. š. de pig. bald. in l. si quis argentum. §. sed & si qs. p illum tex. C. de dona. Imo. & Lud. ro. in l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de ver. ob. Et latius. d. Alex. & Are. hic. Et ista est vera et cōis snīa lz vt dixi non sit sine scrupulo. ¶ Et cōtrarium tz Bald. in l. penul. §. fi. p illū tex. cū gl. š. p socio, bal. & Ang. in l. si. stipulatio hoc mō cōcepta. Ange. in l. fi. C. de pac. & Lud. ro. hic. presertim q̄ futura icerta sunt. ergo possideri nō pn̄t vt hoc tex. sed ad istud de incertitudine pōt dupliciter responderi. primo qd̄ bene est incertitudo anteq̄ bona futura acquirant: sz qū sunt acquisita non subest amplius incertitudo, imo etiam tpe acquisitionis certa est res q̄ acqrit & p quota parte acqrit, sicut dicimus qū qs emit fructus nasciturus. nam ipsis natis non dicit empta res incerta. l. interdum. in prin. j. de ver. obli. & l. nec emptio. š. de cōtrahen. emp. Secundo et notabilius rn̄detur, q̄ lz non adsit omnimoda certitudo respectu rerū particularium: est tamen certitudo respectu vniuersi, quia omnia veniunt in constituto, et sic adest certitudo generalis, & illa sufficit. ar. l. qui iure militari. š. de testa. mili. Et ita declarat excellens doctor. d. Ioā. petr. in l. ab emptione. š. de pactis. dicens q̄ in isto text. erat incertitudo respectu rei pticularis: nec erat certitudo in vniuerso prout in casu predicto. Et ita referunt & sequūtur Mod. senē. hic. ¶ † Septimo & vltimo adde p li-
17 mitatione, q̄ lz nō valeat apprehēsio possessionis incerta: vt hoc tex. tamē bene vz venditio seu alius cōtractus de omni iure qd̄ habeo in tali loco. l. qd̄ si nulla iuncta. l. q̄ si in. š. de here. vel act. vendi. per q̄ iura ita tz gl. in d. l. emptor. j. de vsuca. pro empto. Ang. Imo. & Mod. in l. si sic. in prin. š. de leg. j. facit lex si iactū rhetis. š. de actio. emp. si etiā res incerta pōt obligari. l. & que nondum. in prin. & l. lz et qd̄ ad eas. š. de pig. Et ita cū laude dei remanet vtiliter & ordinate expeditus iste. §.

1 Ciuilis pos. non pōt queri sine naturali.
2 Per apprehensionem fundi non dicitur qs possidere thesaurum in eo existentem; etiā data scientia thesauri.
3 Thesaurus non est proprie pars fundi, sed aliquid diuersum a fundo.
4 Qui possidet cōtinens nō semp possidet contentum.
5 An thesaurus longa [illegible] prescribat sicut fundus.
6 Fructus bona fide percepti ex agro alieno vsucapiunt triēnio, et q̄ sit ratio quare res mobiles vsucapiūtur triennio.
7 Pecunia in re empta inuēta, an pertineat ad emptorē rei.
8 Pecunia que reperitur in muro domus, an ptineat ad emptorē.
9 Possessio queritur ex aspectu & presentia rei.
10 Thesaurus inuētione & apprehensione nobis acquiritur.
11 Ex pluribus opinionibus relatis vltima censetur approbata.
12 Possessio mobilium facilius amittitur q̄ acquiratur.

Neratius. Possessio thesauri inuenti, nō acquirit, nisi thesaurus sit apprehēsus & de loco amotus. h. d. ¶ Diuidit in iij. ptes prin. In prima ponit opin. neratij proculi que procedit in sciente thesaurum esse in fundo: sed non in quo loco fundi. In scdā ponit alia fortior opi. etiaz in eo q̄ ignorauerat de thesauro sed istā op. text. reprobat. In iij. ponit opin. Sabini q̄ est vera. scdā ibi ceterū brutus. tertia & vlt. est ibi quidā putant & est aliqualiter perplexus tex. s̄m Pau. de ca. ¶ No. pri-
20 ctionẽ ad istum tex. † q licet iudex sine causa nõ possit abbreuiare tẽpus iudicati, põt tñ sine causa prorogare. & isto modo tex. i verbo pro cause qualitate vel quãtitate debet solũ referri ad verbum coarctat, qd immediate precedit, & nõ ad verbũ prorogat. idẽ t3 glo. in. l. iiij. §. si quis cõdẽnatus. & ibi Jmo. j. eo. ¶ Tenendo istam opi. gl. q iudex etiam sine cã possit tps iudicati prorogare: dic q tñ poterit a tali prõgatiõe appellari, fm do. Abb. in c. ad consultationẽ in. vi. col. de re iudi. & Bar. j. in vlt. col. Breuiter tene, q ita in prorogatione sicut in coarctatiõe requirit cã, cum iste tex. de vtroq loquatur: & ista vba pro cause qualitate & quãtitate debẽt ita referri ad verbũ prorogat sicut ad vbũ coarctat: q2 vna determinatio d3 equaliter vtrũq determinare. l. nã al's iam hoc iure cũ similib⁹. ff. de vulg. & pul. & ita tenẽt Pau. de cast. & d. Alex. i. d. §. si quis cõdẽnat⁹ & gl. in. d. c. q ad cõsultationem. in gl. pe. Et ad tex. in. d. §. si quis condẽnatus. dic q loquit quãdo tẽpus iudicati fuit sine causa abbreuiatũ: tũc em per legem supplet vtibi. aut appellatur, vt tenet Bar. hic in vlt. colũ.
21 vbi dicet & gl. in. d. c. ad consultationẽ in gl. pe. ¶ † Gl. in verbo qualitate. male dicit: q2 in reali non datur tẽpus quatuor mẽsium: al's indultum iudicatis: sed incõtinenti d3 res restitui, nisi iudici ex causa aliud videatur: vt tenet gl. ordi. in. l. in fideicommiss. in prin. ff. de vsur. & in. l. fi. & ibi Bar. C. de execu. rei iudi. cano. in. c. querenti. de offi. deleg. vide exemplifica istũ tex. in ver
22 bo qualitate verĩs modis. vt. j. p Bar. ibi dicet. ¶ † Extra gl. querit Bar. generaliter vtrum oĩs dilati o que datur a lege sine sine ministerio iudicis sine cũ ministerio possit p iudicẽ prorogari vel abbreuiari aliqua iusta causa suadẽte et est diffusa materia in qua Jo. de imo. & do. Alex. varias opiniones referũt: s3 restringẽdo articulum Ja. de arena tenuit q nõ nisi aliud reperiat expressum in aliquo casu a lege: vl' qñ tempus datur a lege supplẽdo defectum iudicis. vt hoc tex. Idem tenet Joan. de imo. Rapha. cuma. et domi. Pe. de bexu. hic. et dicit Rapha. cuma. magnum verbum in practica, q ista est cõis opi. & q ita communiter tenet. Ita t3 Joã. de imo. in. c. cũ sit romana. de appella. vbi etiã dicit q ista est cõis opinio q iudex nõ possit immutare dilationẽ datã a lege sine ministerio iudicis nisi in casibus a iure expressis: vt in quinq casibus hic positis per Bart. in suis fundamentis. Idem tenent Jaco. de are. & Cyn. in. l. j. C. de dilatio. & i auf. qui semel. C. quomodo & quãdo iudex. Guil. de cũ. Jac. bu. & Bal. in. l. de die. in prin. ff. qui satisda. cog. Bald. in auf. iubemus. C. de iudi. Albe. de rosa. in. l. sine pars. C. de dila. & in auf.
23 offeratur. C. de lit. cõtest. ¶ † Pro ista parte, facit quia indultũ a iure beneficium non est alicui auferendum: vt dicit tex. i regula indultum. de reg. iur. in. vj. Item pretoris factum non d3 iuri derogare. ita dicit tex. in. l. j. in versi. neq enim pretoris. ff. de ferĩs. Ad idem bonus tex. quem allegat Jac. de are. in. l. adulter. C. de adul. vbi dicit tex. q prescriptiones legib⁹ reis date auferri non debẽt. Ad ide3 tex. bonus in. l. nemo. C. de tempo. appel. & restringere ista iura, prout faciunt tenentes cõtrariam opinionem q loquatur quando immutatio fieret sine causa: secus si cũ causa: est violare illa iura & ea reddere de indubitabili. Itẽ p eadem parte in specie facit q tẽpus decem dierum datũ ad appellandum: & tempus appellationis prosequende & tempus restitu

tionis in integrũ non possunt p iudicẽ prorogari. ita tenet gl. o2 di. in d. c. cum sit romana in gl. magna in vbo tẽpus: de appella. ⁊ est bonus tex. i. d. l. nemo. C. de tẽpo. appel. Idẽ tenet gl. in d. auf. offerat. in verbo. xx. dierũ. C. de lit. cõtest. q̃ vltra tẽpus appellandi etiaz tenet q tẽpus. xx. dierũ assignatũ a lege ad respõdendum libello iam porrecto nõ põt p iudicẽ minui. Itẽ tẽpus quindecim dierũ datũ a lege ad pbãdũ excusationẽ seu cãm impedimẽti nõ põt p iudicẽ aliquo modo abbreuiari: ⁊ sic etiaz ex cã. ita tenet gl. no. in c. cupientes. §. q si per viginti. in verbo quĩdecim dies. ⁊ ibi Imo. ⁊ Gemi. in vlt. col. de elec. in vj. Item tẽpus octo dierum statutũ a iure ad pbandum exceptionem excõicationis oppositam non põt per iudicẽ etiam ex iusta causa augeri, cum p hoc ius aduersarij nõ pereat. ita tenet gl. in c. pia. §. si quis igitur. in verbo octo dierum. de excep. in vj. per quã glo. no. ibi Gemi. in vlti. col. q vbi ius statuit certam dilationem in actu parui preiudicij iudex non põt etiam ex iusta causa illã ampliare. ¶ Cõtrariã opinionẽ ⁊ sic affirmatiuã q imo iudex possit dilatiões legales ex aliqua iusta cã immutare: tenet Bar. hic p quinqz fundamẽta de qbus hic p eũ. Idẽ in effectu tenet d. Alexan. hic: idẽ expresse ⁊ indistincte tz gl. solennis. in §. sancimus. in vbo viginti. in aut. de exhibẽ. reis. colla. v. ⁊ ibi dicit gl. plꝰ q ita seruat de cõsuetudine, q verbũ in practica multuz faceret: qr minime mutanda sunt que ex cõsuetudine certã legẽ habuerunt l. minime. ff. de legi. ⁊ l. q si nolit. §. qr assidua. ff. d edi. edic. Idẽ simpliciter tenet glo. in §. oẽm. in glo. magna in verbo cautione ad fi. in aut. de litigiosis colla. viij. idẽ tz do. Ant. de bu. in c. preterea. de dila. ⁊ in d. c. cũ sit romana. p illũ tex. ⁊ ibidẽ do. Abb. i iij. col. tenet q tẽpꝰ decẽ dierũ idultũ a lege ad appellãdũ ex causa: puta publice vtilitatis vel scandali euitandi poterit per iudicem abbreuiari: qr illud tempus prefigitur pti. similiter tẽpus ad presentandũ se corã iudice ad quẽ ad appellatũ: ⁊ sic tẽpꝰ ad arripiendum iter ad eũ põt per iudicẽ ex causa prorogari: vt est tex. in d. c. cum sit romana. ⁊ ibi gl. tempus aũt finiende appellationis iudex nõ posset coarctare nec prorogare: qr tunc impediret se de iurisditione superioris cui non põt legem nec tẽpus imponere: vt est tex. in c. ex insinuatione. de appel. ⁊ in c. veniẽtes. de iureiur. ⁊ sic do. Abb. nõ simpliciter sequit opi. Bart. sed cũ aliqua limitatione. Istã opinionẽ Bar. etiã sequit Ang. hic: sz nõ simpliciter sed solũ qñ iudex de iurisditiõe alterꝰ nõ se intromitteret talẽ terminũ legalem abbreuiando: sed solũ impediret se de eo q spectat ad iurisditionẽ suaz: secus ergo est ẽm Ange. si iudex velit diminuere tẽpus legale: vt in ptinentibꝰ ad iurisditionem superioris: vt in termino. x. dierũ dato ad appellandum vel in termino anni dato ad finiẽdã appellationẽ in his nõ posset iudex subsistente causa diminuere vel augere dilationẽ legalem ⁊ sic in istis non tz cum Bar. ¶ Videamus an quinqz funda-
24 menta Bar. pbent eius opi. † qr illis sublatis prima opinio q̃ videt cõmunior remaneret defensata. Ad ea respondẽt vno verbo Jo. de imo. ⁊ Raph. cu. hic: ⁊ antiqui. Jac. but. ⁊ Alb. in d. auf. offerat. ⁊ Bal. in l. fi. §. j. C. de iure delibe. q illa quinqz fundamenta Bar. loquunt in casibus specialiter expressis a iure i quibus ipa lex specialiter dat potestatẽ iudici immutãdi tale tps legale: ergo in alijs casibus in contrarium vr esse ius cõe: sed certe
25 vt etiã dicit do. Alex. † Ista solu. nõ videt bene tuta: qr qñ iura ponũt aliquas fallẽtias seu aliquos casus speciales licita est extẽsio ad similes casus in qbus subest eadẽ iusta cã: vt est tex. in c. cũ dilecta. §. nos igit vbi. d. Abb. ad hoc no. de cõfir. vti. vł inuti. ⁊ tex. i c. post trãslationẽ. §. cũ ergo: ⁊ ibi Bal. ad hoc no. de renũtia. gl. in l. q̃ pter necessitatẽ. ff. de reg. iur. Bar. in l. si cõstãte. in prin. in ix. q. prime partis. vbi dixi. ff. solu. matri. ¶ Tu autẽ responde particulariter vnicuiqz fundamento Barto. de per se.
26 † Non obstat primũ q exceptiones perẽptorie habẽt tẽpꝰ limitatum a iure ad opponendũ. s. vsqz ad sñiam. l. peremptorias. C. sen. rescin. nõ pos. vel vsqz ad cõclusionẽ in cã. §. qr vero multi. in aut. de test. colla. vij. no. i c. pastoralis. de cã pos. ⁊ ppri. ¶ Similiter exceptiões dilatorie hñt tẽpꝰ limitatũ a iure q possint opponi vsqz ad litẽ ɔtest. l. exceptionẽ. C. de exceptio. ⁊ l. ita demũ C. de procur. ⁊ tñ iudex põt immutare ⁊ statuere aliũ terminũ ad opponendũ exceptiões dilatorias: vt est tex. in c. pastoralis. de excep. ⁊ lz ille tex. loquat in exceptionibus dilatorijs ⁊ non procedat in peremptorijs ẽm gl. ibi cõiter tenet q in vtrisqz locũ habeat ẽm Dy. in regula indultũ. Ly. ⁊ alios in l. iudices. C. de iudi. ad illũ tex. i d. c. pastoralis. respondet ibi do. Abb. in secũdo no. q ille tex. põt retorqueri ad oppositũ contra Bar. cũ hoc ibi faciat iudex autoritate illius cõstitutionis: vel ⁊ scdo dic q ibi tempus nõ est certũ ⁊ precisum per numerũ tps puta mẽsis vel anni: sed est incertum vsqz ad litem cõtestatã vel vsqz ad sentẽtiã aut ad conclusionẽ in causa. ¶ Scdm fundamentũ Bar. est in tpe. xxx. annorũ statuto a lege ad agendum. l. sicut. ⁊ l. cũ notissimi. C. de prescrip. xxx. an. ⁊ insti. de perpe. ⁊ tempo. acti. in princ.

27 † ⁊ tamen iudex põt ex cã immutare: vt. l. diffamari. C. de ingenuis manu. ⁊ l. si ea. C. qui accusa. non pos. ⁊ in l. titia. ff. de accusa. Sz responde q in illis legibus lex specialiter cõcedit iudici facultatem diminuendi illud tps ad agendum ⁊ talẽ cõcessionẽ fecit ex speciali ⁊ rationabili cã: puta qr vadis me diffamãdo p ciuitatẽ q accusabis me de tali crimine: vł q petes a me talẽ possessionẽ quã indebite teneo: vel q sum debitor tuus de tãta quantitate ⁊ nõ volo satisfacere ista talis infamatio est iusta cã p quã iudex statuet tibi certũ terminũ ad agendũ vel accusandum quo elapso amplius nõ audieris: vt declarat Bar. in l. titia. circa fi. ff. de
28 accu. ¶ † Tertiũ fundamẽtũ Bar. in quadrimestri indulto a lege ad petendum restitutionẽ in integrũ. l. fi. C. de tempo. in integrũ resti. pe. lex specialiter dedit potestatem iudici q possit tale tps prorogare ex cã. s. ppter dolũ ⁊ culpã aduersarij. l. petẽde. C. de tẽpo. i integ. resti. pe. ⁊ l. intra vtile cũ gl. ff. de mino. ne ais aduersarius ex suo dolo ⁊ sua culpa lucretur ⁊ commodum faciat:
29 qd est absurduz. l. in fundo. ff. de rei ven. ¶ † Quartũ fundamẽtũ Bar. est de tpe. xxx. annorũ dato per legẽ heredi ad adeũdũ hereditatẽ. l. lz, cũ glo. C. de iure delibe. ⁊ glo. in l. ij. ff. de acquiren. here. nam lex specialiter pmittit ad instantiã creditoruz vel legatarioz q iudex possit statuere heredi tps ĩfra qd adeat hrditatem. l. qs instituat heres in diẽ. ff. de here. insti. et, l. fi. §. j. C. de iure delib. ⁊ ratio specialitatis est ne creditores diu cogãt carere creditis suis. vt dicit tex. in l. j. in prin. ff. de suc. edic. ¶ Nõ ob. quintum fundamentum de isto tex. qr hic fuit specialiter ex-
30 pressum † q iudex ex cã possit tempꝰ iudicati prorogare vel coarctare. ⁊ ratio specialitatis potuit esse quã visus est sentire Ja. de are. licet Bar. eã impugnet. Naz illud tẽpus videtur dari a lege supplendo negligentiã seu defectũ iudicis: vt dicebat Ja. de are. quia non debuit iudex imaginari q reus cõdẽnatus veniret cũ sacco paratus ad soluendũ. l. ratũ. ⁊ l. qd dicimus. ff. de sol. ⁊ sic debuit aliquẽ terminũ ei dare ad soluendũ: et ideo lex in eiꝰ defectum statuit certũ tempus qd noluit posse abbreuiari nec prorogari p iudicem nisi ex cã vt hoc tex. ita voluit dicere Jaco. de are. ⁊ sic videtur defendi posse opinio Jac. de are. que videtur
31 cõmunior vt patet ex predictis ⁊ etiã verior. ¶ † Secũdo querit Bar. que sint iuste cause immutandi dilatiões cõcessas a iure et ponit. xj. causas ⁊ cum eo alij trãseunt: ⁊ in specie Raph. cu. ⁊ d. Alex. Istas. xj. cãs formaliter ⁊ simpliciter refert. d. Abb. in c. j. in ij. ⁊ iij. col. de dila. Adde inquantum tenet Bar. q si esset cõtentio de officio prioratus modico tpe durante: tũc dz iudex celeriter terminare causam ne interim trãseat tempus officij: ⁊ sic multũ debet dilationes breuiare, per tex. not. in l. j. cum gl. ff. de glan. legẽ. vbi Bart. etiã idẽ notat q sic. ⁊ idẽ Bar. in l. prius. in x. q. ff. de ope. no. nun. sequit Bal. in c. de causis. i. vj. col. de offi. delega. Lud. ro. in l. stipulationes non diuidũtur. in prin. in vj. char. ff. de vb. obl. ⁊ in l. si vero. §. de viro. in iiij. fal. ff. sol. matri. Adde etiã illud qd tenet Bal. in c. fi. in vj. col. de iureiur. q vbi est breuis metus iudicij ibi breuiores debent esse dilationes: nõ tñ ita arcte qd sint pene ipossibiles. allegat notata i d. c. de causis. vbi per Jnno. in prin. Itẽ adde illud qd tenet Bal. i l. j. post prin. C. de tempo. appella. allegando notata in d. c. de causis. qd vbi tota instãtia cause est breuis: ibi singula eius membra debet proportiõabiliter abbreuiari. ¶ Secundo inquantum tz Bar. q quãdo est questio de equo qui intra magnam dilationem plꝰ comederet q esset valor cause: tũc dilatio debet arctari ⁊ tolli i totũ: aduerte q pmũ qd arctari debeat est verũ: sz q debeat tolli in totum est falsuz: ⁊ eũ simpliciter reprobat domi. Alex. hic.
32 † Nam licet iudex ex causa seu qualitate cause possit arctare vł augere dilationem legalem, nũq tñ põt eam in totũ tollere: vt est gl. notatu digna in l. q iussit. in gl. magna ad fi. vbi dicet. j. eo. Spe. in titu. de citatione. §. nũc de tpe in ver. fi. ¶ † Tertio querit Bar. si iudex sine cã arctauit dilationẽ que dat a lege cũ ministerio iudicis quid erit hoc casu. Ja. de are. tenet q tũc lex supplet p tex. in l. iiij. §. si quis cõdẽnatus. in versi. ⁊ si quidẽ minorã. j. e. idẽ tenet gl. in c. q ad cõsultationẽ. in gl. pe. de re iudi. Facit in simili tex. in l. ij. §. si quis i iuditio. i fi. ff. si quis cau. ubi iubet l. xij. tab. diẽ iudicij esse diffusum. Sz Bar. eũ reprobat: qr cũ possit appellari. c. j. de dila. circa fi. ⁊ d. c. q ad consultationẽ certe si lex suppleret non appellaret: qr non grauaret: ⁊ ad tex. i d. l. iiij. §. si quis ɔdẽnatus respondet Bar. q loquit de tpe statuto a. l. sine ministerio iudicis: ⁊ i isto bene lex. supplet si iudex sine causa coarctauit: secꝰ si cũ ministerio iudicis lex statuat tẽpus: qr tũc lex nõ se impedit in supplendo tale tẽpus: ideo tunc appellat: et sic pondera Bar. velle q talis coarctatio tpis legalis facta a iudice sine causa valet ⁊ tenet: sz est iniusta: ideo põt appellari p tex. in d. c. j. ⁊ in d. c. q ad ɔsultationẽ. licet ad ista iura posset dici ẽm Jmo. q etiaz ab actu nullo põt appellari. l. si expressim. ff. de appel. ⁊ cum Bar. in specie tenet Raph. cu. d. Alex. ⁊ do. Pe. de bexu. hic. idem tenet do. Anto. de bu. in c. ij. de dila. ⁊

de dila. et simpliciter do. Abb. in c. j. in iij. col. eo. tit. de dila. et latius idē do. [illegible] in d. c. q ad cōsultationem. in v. col. et seq. vbi plenius videa[illegible]uis autē debeat pbare in ista cā appellationis: an appellās q nō suberat cā abbreuiandi: an vero appellatus q imo suberat cā quare iudex potuerit coarctare. Bar. hic se remittit ad Inno. in c. ad petitionē. de accusa. Et ibi Inn. in effectu tz, q vbi dilationes sunt a iure determinate et iudex eas abbreuiat. et isto casu appellatus tenet pbare iustā cām coarctatiōis fuisse: vbi vero dilatiōes sunt arbitrarie put est regulariter l. j. C. de dila. gl. in c. preterea. eo. titu. de dila. et Bar. j. in sequenti questiōe. Tunc qr presumitur iusta et legitima abbreuiatio talis dilatiōis: qr pro iudice presumit. c. in presentia. de renun. et l. ij. C. de offi. ciui. iudi. Tūc appellanti incūbit onus probādi q iudex nō poterat talē dilationē coarctare. et ita etiā refert et sequitur do. Ab. in c. j. in iij. co. de dila. do. Anto. de bu. in c. cum sit
34 romana. de ap. Jo. de imo. hic in fi. et do. Alex. † Confirmat qr ille qui appellat dicitur sustinere partes actoris: ideo debet pbare se iuste appellasse. l. hij q ad ciuilia et ibi no. Bar. C. de ap-
35 pel. do. Abb. i. c. per tuas. eo. titu. de appel. ¶ † Quarto querit Bar. quid si lex dat dilationē cum ministerio iudicis et dicit maiorem nō dari. prout dicit tex. in l. j. C. de dila. an iudex poterit sine causa diminuere: et cōcludit fm Jac. de are. q sic. per tex. in d. l. j. et in l. siue pars in illo verbo pars. C. de dila. et hoc est expeditū. Adde ctra q si lex dicat q iudex det dilationē .x. dierū et nō minus: tñ iudex poterit ex causa dare minorē put not. pbat tex. in l. ad peremptorium. cum l. seq. in verbo nō min⁹. iūcta. l. nonnūq. ff. de iudi. ideo licet tex. in §. omnē. i auf. de. litigiosis colla. vij. dicat q actori ad veniēdum et ad pcedendum in causa inchoata iudex debet statuere tres dilationes non minores. xx. diebus p singula: et sic lex statuit talē dilationē cū ministerio iudicis: et vult dari nō minorē. Tamē vt dixi iudex ex cā posset eas diminuere fm Bar. in auf. q. semel. in pe. col. C. quomodo et qñ iudex. Idē tenet glo. in d. §. omnem. in verbo cautione. in fi. Cy. in l. j. C. de dila. do. Anto. de but. in c. ij. eo. tit. de dila. Quis contrarium videatur velle Bal. in auf. offeratur i pe. col. C. de lit. cōte. per duo iura quibus responde vt hic per d. Alex.
36 Subdit Bar. q Inn. in c. vltra tertiam ad fi. de test. † tenet, q si iudex dederit primā dilationē minorem et sic non integrā: puta qr nō fuit triū mensiū. iuxta l. j. C. de dila. et iij. q. iij. §. spatium. sub. c. iudici. li. q de facili: et sic sine cā dabit scdam dilationē: qr lz iudex nō debeat dare vltra primā dilationem. l. oratiōe. et l. fi. ff. de ferijs. tamē si pma dilatio nō fuit integra dabit scdam sine alia cause cognitiōe: similr si dederit dilationē triū mensiū p faciēdis pbationibus in prouincia et illi sint elapsi, poterit sine causa dare dilationem sex mēsium ad faciēdum probationes ex vicina prouincia et nouē mēses ex transmarina. iuxta d. l. j. C. de dila. et d. §. spatium. iij. q. iij. vtilitas istius puncti est euidēs. naz si ista secūda dilatio est nulla processus qui fieret esset ipso iure nullus. Istā opi. Inn. reprobat Bar. hic: qr licet iste dilationes videātur esse arbitrarie fm gl. in c. preterea. de dila. tamē succedūt in locum dilationis legalis. s. illorum mensium de qbus in d. l. j. vt nō possit iudex tale tempus excedere: vt dicit tex. ibi nō min⁹: ergo nō pōt suo arbitrio et ibi nō sibi cōcessum intelligant dāde dilationis arbitrium: tamen minus potest iudex suo arbitrio dare vt statim dixi: et sic sunt arbitrarie in diminuēdo: vñ si prima dilatio ad pbādum fuit breuior: et illa sit elapsa nō poterit per iudicē dari alia nisi cognita cā fm formā l. oratiōe. et l. fi. ff. de ferijs. cum Bart. tenet domi. Alexā. hic. alij non tangunt. Idem tenet Bart. in d. l. fi. in ij. col. de ferijs. et ibidem do. Alexā. et Bar. in cōsi. xcvij. qd incipit ex facto proponitur q in causa pecuniaria, in secūdo dubio. d. Anto. de but. et Jo. de imo. in d. c. vltra tertiā. licet Bal. in d. l. j. C. de dila. videatur simpliciter transire cum Inn. Sed aduerte: qr idem Bar. videt sibi contrarius. de quo do. Alex. nullam facit mentionē in d. l. j. ad fi. C. de dila. vbi Bar. tenet cū Inno. q quādo prima dilatio nō fuit integra: puta triū mēsium. iuxta d. l. j. q tunc iudex absq alia causa potest cōcedere secūdam dilationem q̄ est potius quasi reintegratio prime: et sic q i vna deficit poterit in alia suppleri. Idē tenet Sali. in l. fi. et hec qdē. per gl. ibi in verbo sepius. C. de iure delib. Pau. de ca. in d. l. j. do. Alb. in d. c. vltra tertiam. et sic iste passus in practica esset valde ambiguus. tamē opinio Bar. hic: et sequaciū contra Inno. videtur esse tutior per fundamenta superius adducta. Et addo do. Alb. in cō. lxviij. secūdi vol. qd incipit casus in effectu talis est quodā senēsi statuto cauet, vbi plene examinat istum passum: et facit mentionē de opi. Inn. et q eā sequitur Bar. in d. l. j. ad fi. C. de dila. tandem videtur sequi opi. Bar. hic. et in d. l. fi. ff. de ferijs. Est verum q si prima dilatio que nō fuit integra non fuisset adhuc elapsa: sed adhuc duraret. tūc posset progari vsq ad tempus debitum: qr tūc talis progatio termini adhuc durātis non est nouā dilationem dare: sed primā extēdere. l. sed si manente. ff. de precario. Barto. et alij in l. iiij. in prin. ff. de dā. infe. Sed Bar. hic expresse loquit qñ pma dilatio
37 que erat breuior erat totū elapsa. ¶ † Quinto et vltimo querit Bar. an pendēte vna dilatione possit iudex aliā dare. facit regulam q nō. quam limitat duobus modis. vt hic p eū et p eundem in l. siue pars. C. de dila. refert et simplr sequitur d. Ab. in c. significāte. in vi. col. de appel. Regula ergo negatiua est, q pendēte dilatione nihil pōt p iudicē innouari: et sic alia dilatio dari nō potest qr interim iudicis officiū dz conquiescere. vt est tex. in d. l. siue pars: et in c. significāte. et in c. sepe. et in c. oblate. et i. c. psonas. de app. Adde q innouata pendēte dilatiōe sunt ipso iure nulla: et si nihil opponeretur a parte. gl. est no. in l. j. in prin. i verbo momēti. quam do. Alexā. ibi ad hoc multum not. ff. de ferijs. et est tex. in §. suscepto. in aut. de exhibē. reis. in vbo nihil. in me-
38 dio. et in vbo p nihilo eā eē. ¶ † Scdo adde q sñia lata pēdente dilatione est ipso iure nulla: qr lata ab eo q carebat exercitio iurisditiōis in tātū q etiā non pōt de ɔsensu partium ratificari: qr non pōt consensus partiū hoc facere q fingatur retro exercitium iurisditionis habuisse. l. obseruare. §. fi. ff. de offi. procon. sul. et lega. ita signāter tenet Bal. in l. pe. in vlti. col. C. de arbitset hoc valde not. limitat primo Bar. hic. et in d. l. siue pars. quādo secūda dilatio est compatibilis cuz prima et nō est ei preiudicialis: qr nō contingit id quod erat pbandum in prima dilatione. vt in exemplo Bar. Item si pēdet dilatio super admittendo vl nō admitēdo vno teste sup alijs interim poterit pcedi et idem in similibus. vt est tex. in l. generaliter. §. his de presentibus. in
39 verbo nulli tamen. C. de rebus cred. † Hinc infert Bar. ad finem q due dilatiōes simul compatibiles possunt simul dari: vl vna dilatio ad plura circa se inuicem cōpatientia vt vna finita alia incipiat. idē tenet Bar. in l. fi. in pe. col. ff. de ferijs. et in l. quandiu. ff. de acqui. here. et est glo. in cle. sepe. in verbo post datiōnē de verb. signi. Specu. in titu. de dila. §. j. versi. deliberatorie. et sequenti. Secundo limitat Bar. hic. et in d. l. siue pars. quando finita esset causa prime dilationis: tunc interim nō debet offm iudicis conquiescere: qr cessante causa dilationis cessat ipa dilatio. Adde Bar. in l. fi quis ita heres scriptus. per illū tex. ff. de acqui. here. et in l. a filio. §. alumne. per illum tex. ff. ad treb. et in cōsi. clxiiij. incip. pcessus et sententia. Altra Bar. limita tertio qñ illemet: ad cuius fauorē est prefixa dilatio peteret aliam dilationē seu aliquid aliud explicari ad fauorem suū: tunc nō cōquiescit officium iudicis: qr est inductum in fauorem suum q pendente dilatione nihil innouetur fm Bal. Ange. et alios in l. si qs heres ita instituat. per illum tex. ff. de here. insti. et sequit simpliciter do. Alex. hic. vltra do. Alex. quarto limita qñ iudex dedit dilationem ad aliquid faciendū q est nullū, talis dilatio non impedit processum nec aliam dilationez. ita no. bar. Bal. et alij in l. cum pater. §. curatoris. per gl. ibi. ff. de lega. ij. facit regula. l. aliqñ. ff. ad velleia. Quinto limitat nisi immineat suspicio vel necessitas: qr in his que necesse est interim expedire dilatio que pendet non obstat, fm Bal. in l. aristo. §. j. p illū tex. ff. de iure delib. Sexto limita quando quis est condēnatus ciuiliter vel criminaliter pendente dilatione data ad soluendū interim potest personaliter capi ad finem: vt satisdet qd in tpe statuto soluet. ita notabiliter tenet Ange. in l. si debitori. C. de indi. quod bene nota.

1 Qui hz potentiā cōdēnandi hz etiam absoluendi.
2 Iudex laicus pōt absoluere clericū a delicto, sed nō condēnare.
3 Aliqñ potest quis sententiam confirmare qui non potest eam infirmare vel cassare.
4 Cui cōmissa est excōmunicatio a papa an poterit absoluere dictum excommunicatum.
5 In materia correctoria prohibitus condēnare d nouo iure corrigente an intelligatur prohibitus absoluere.
6 Condemnatio et absolutio non semper iudicantur a ipari.
7 Virtute parificationis iuris antiqui l. correctoria disponens in vno intelligitur disponere et in alio. et nu. 10.
8 Argu. de actore ad reum est bonum etiam in materia correctoria quia actor et reus sunt correlatiua.
9 In correlatiuis l. noua corrigens in vno intelligitur etiam in alio quando est eadem ratio.
10 In correctorijs licita est extensio quando res deducitur ad primeuum statum.



Qui cōdemnare. Nō summa t breuius: et sic q potest vnū de 3rijs pōt et aliud. Itē qui pōt dare pōt tollere seu adimere l. datū. et ibi bal. ad hoc no. C. de lega. et l. iij. §. cū titio. l fi. ff. d adi. leg. allega. hic per glo. In hoc glo. ponit quatuor regulas, duas affirmatiuas
1 et duas negatiuas. † Et sic q hz potētiā cōdēnādi hz etiam potentiā absoluendi et ecōuerso. Et q nō hz vnū nō hz aliud: sicut

in simili q potest adire potest etiā repudiare ⁊ ecōuerso. Et qui vnū nō pōt nō pōt etiā aliud. l. is pōt. ff. de acq. here. Itē q pōt ligare pōt etiam soluere: ⁊ q non hz ius soluēdi nec ligādi ius habere ƺ. ita dicit tex. diui Ambrosij. de peni. di. j. in c. verbum. et xxi. dist. in c. inferior. ⁊ glo. ili. c. cū inferior. in gl. j. de maio. ⁊ ob. Itē q pōt actionē dare condēnādo pōt eā auferre absoluēdo. l. q vetatē. §. j. ff. de regu. iur. Ista regula tex. nostri pcedit cōsiderādo potentiā in genere: ⁊ in abstracto. secus si cōsidereť in specie ⁊ in aliquo casu speciali. Nā qui pōt aliquē in certo casu iuste condēnare nō pōt eundē in eodē casu iuste absoluere vt hic i gl. Itē qui fecit in specie testamētū si postea mutet cōditionē ⁊ efficiatur furiosus vel demēs non pōt illud dissoluere: vt. l. fin. ff. de iniusto rup. De quo tex. gl. nostra in fi. opp. ⁊ nō soluit. ⁊ sic regula istius tex. pcedit in rebus manētibus in eodē statu ⁊ nō mutatis. l. qꝫ huius. ff. de ꝯdi. ob cām. † Itē hz gl. qꝫ qs pōt absolure q tñ nō pōt cōdemnare, vt in iudice laico qui posset absoluere clericum a delicto seculari solus: ⁊ tñ solus sine epo nō posset cōdemnare: imo ƺ eūm ad epm remittere. vt in §. illud palā. ⁊ ibi gl. not. pro mirabili. in auť. vt clerici apud propri. epi. coll. vj. et in auť. cleric⁹. ⁊ ibi ēt gl. ad hoc no. C. de epis. ⁊ cle. Ad hoc etiaꝫ gl. nostra alle. tex. in. l. solēt. in pñ. ff. de offi. pc. ⁊ leg. sed ille tex. nō facit fm Ang. Imo ⁊ do. Alex. hic. Quia ibi legatus pconsulis neutrū pōt. ⁊ sic nō pōt cōdēnare nec etiā absoluere: vt etiā

3 ibi dicit gl. in verbo libere. ¶ Adde qꝫ aliqñ etiā qs pōt ꝯfirmare sniam q nō pōt eā infirmare. vel cassare. tex. est in c. ii. ⁊ ibi glos. ad hoc no. de offi. deleg. Item pōt qs honorē ⁊ dignitatē cōferre alicui: licet ei auferre nō possit. xv. q. vj. in c. epo. † Item si pa

4 pa mādat alicui qꝫ aliquē excōicet nō posset tñ absoluere, quis excōicatio ⁊ absolutio in eadē cōditiōe censeantur: qꝛ huic tācꝫ executori fit cōmissio ad certū articulū. ita gl. in. d. c. cū inferior. in gl. j. de maio. ⁊ obe. Quāuis contrarium teneat gl. xxi. distin.

5 in. c. inferior. ¶ † Ultra scribentes quero nunquid in materia

6 correctoria ⁊ sic stricte intelligēda, prohibitus cōdēnare a nouo iure corrigente antiquū intelligatur etiā phibit⁹ absoluere vel ne. gl. no. i cle. j. in verbo ꝯtra eos. de here. ꝫ qꝫ non phibeať: vñ prohibitus cōdemnare poterit tamē absoluere. Et illam glo. sequuntur Pau. de liaza. Lap. Cardi. flo. do. Abb. ibi: ⁊ ibidem do. Abb. reputat illam gl. esse singularem, ⁊ ex ea nota. qꝫ si iudici inhibeať in certa causa ferre sniam contra aliquē, nō intelligitur prohibitus ferre sniam absolutoriā pro illo. ⁊ pro illa gl. do.

9 Car. flo. ibi in. v. q. † Moneť inter cetera, qꝛ ꝯdēnatio ⁊ absolutio nō iudicāť semp a pari. nam vt hic dicit in gl. ⁊ s. retuli pōt qs absoluere qui tñ non pōt cōdēnare. ¶ Cōtrariā opinionem tenēt Stepha. vercel. ⁊ Pet. de ancha. in. d. cle. j. Et sequit Areti. in rub. ff. de acq. pos. in iij. col. ⁊ ibidem do. Barth. sozi. Monetur Are. fortiter, qꝛ a iure antiquo equiparantur ista duo negatiua q nō pōt condēnare non pōt ⁊ absoluere. text. est in. l. ne

7 mo q ꝯdēnare. ff. de reg. iur. ⁊ hic in gl. † Ergo ꝟtute parificationis iuris ātiqui lex correctoria disponēs in vno intelligiť dispo nere i alio: ⁊ est interptatio passiua pcedēs vigore eqparationis iuris antiqui. iuxta glo. in. l. qꝫ vero contra. ff. de legi. ⁊. l. si quis seruo persuaserit. in gl. fi. C. de furtis. ⁊ ista regula pcedit etiaꝫ in materia correctoria fm Bar. in. l. ij. ff. de leg. j. ⁊ in auť. sed cuꝫ testator. C. ad. l. falci. ⁊ in. l. marcellus. in prin. ff. ad trebel. Pro eadem parte. d. Bartho. sozi. in. d. rub. ff. de acqui. pos. ponderat tex. in. l. solent. in prin. ff. de offi. pcō. ⁊ leg. vbi in mäteria extraordinaria vt ibi dicit tex. in verbo extraordinariū genus mādati: legatus nō pōt soluere: qꝛ corā eo accusari non potuit: ⁊ sic qꝛ nō poterat in eū aiaduertere: sed certe ille tex. nō videtur facere. Primo, qꝛ ibi nō est materia correctoria de qua est questio nr̄a. Secūdo, qꝛ vt dixi. s. prime fm Ang. Imo ⁊. d. Alex. hic, legat⁹ ibi neutrū poterat nec ꝯdēnare nec absoluere. Tertio, qꝛ tex. ibi logť de simplici accusatione, qꝫ legat⁹ nō hz ius soluēdi reos icarceratos: qꝛ nec accusari apud eū possent. ita ibi dicit tex. Secundo ⁊ melius moneť idē do. Bartho. sozi. qꝛ arguere de ꝯdēnatione ad absolutionem non est nisi aguere de actore ad reum:

8 † quo casu fm eum bonum est argumentum etiā in materia correctoria de vno ad aliuꝫ. allegat gl. in cle. sepe. in verbo soluerit. de verbo. signi. ⁊ Pet. de ancha. in repeti. c. j. in. xiiij. q. de constitu. ⁊ quia actor ⁊ reus nō debent ad imparia iudicari. l. fin. cum similibus. C. de fruc. ⁊ lit. expen. ⁊ ante euꝫ fuit fundamētū. Pe. de anch. in. d. cle. j. ¶ Tu cōfirma forti⁹. nam actor ⁊ reus sunt cor

9 relatiua: sicut cōdemnare ⁊ absoluere. † Sed i correlatiuis lex non corrigēs in vno ex correlatiuis intelligitur etiam in alio corrigere: ⁊ sic iura correctoria extēduť de vno correlatino ad aliud tex. est in. l. fi. ⁊ ibi Bar. ⁊ Ang. ⁊ alij ad hoc notāt. C. de indi. vidui. tollen. cum concordantibus quas ibi dedi. vbi multa ad istaꝫ regulam cumulaui: tamē ipse Pe. de ancha. in. d. cle. j. de hereti. dicit se dubitare de hoc. an statutum in vno ex correlatiuis in materia correctoria extēdatur ad aliud: cū in correctorijs ex idē titate: imo nec ex maioritate rationis licita sit extēsio fm gl. et cōiter doc. in auť. quas actiōes. C. de sacrosan. ec. et. l. precipimus. §. fi. ⁊ ibi Bar. C. de appel. sed de hoc non est dubitandū: qꝛ illa est cōis regula: vt ex multis firmaui. in. d. l. fi. C. de indi. vidui. tol. Ideo glo. Bar. ⁊ doc. in auť. qui semel. C. quō et qñ iudex. tenent, qꝫ illa auť. corrigēs in actore pcedat etiam in reo: ⁊ hoc rōne correlationis. ¶ Quid tenendū, iste est nouus articulus ad istā legē ⁊ quidē difficilis: puto qꝫ opi. glo. ⁊ sequacium. in. d. cle. j. possit defendi. ⁊ in terminis suis de iure antiquo erat statutū qꝫ contra, inculpatū de heresi possent epsr in quisitor quilibet de per se cōdēnare vel absoluere. c. per hoc de hereti. in vj. Modo per illā clementinā primā corrigenteꝫ ius antiquū fuit statutū qꝫ per se eps aut inquisitor non possint hereticū cōdēnare sed ambo simul. glo. ibi tenet qꝫ tñ vnus eorū de p se posset eū absoluere: ex quo solū phibet cōdēnare. Pro illa gl. bñ facit, qꝛ isto modo intelligēdo reducimur ad primum ius ꝗtū ad absolutionē: ⁊ res de facili reuertiť ad pmā naturā suā. l. si vn⁹. §. pact⁹ ne peteret. ver. qꝫ in spē. ff. de pac. xxxv. dist.

10 c. ab exordio. cū glo. † Unde etiā in correctorijs licita est extēsio: qñ res reducitur ad primeuū statū ⁊ ad primeuū ius. vt est glo. singu. in. c. statutū. in verbo numerandū. de prebend. in. vi. do. Anto. de but. in. c. olim tibi, de ꝟb. sig. do. Alex. in. l. si constāte. in pñ. in. vj. col. vbi dixi. ff. so. ma. Nō obstat primū fundamentū Are. qꝫ videť prima consideratiōe valde stringere: qꝛ qñ duo casus sunt equiparati a lege antiqua etiā in correctorijs vigore illi⁹ purificationis fit extensio de vno ad aliuꝫ. Admitto istā regulā, ꝫ de ea in hoc pūcto dubitet. d. Cardi. flo. in. d. cle. j. in. v. qō. de hereticis. Et cū dicebatur qꝫ p. l. antiquā: ista duo negatiua eqparabanť qui nō pōt condēnare non pōt absoluere per. d. l. nemo. ff. de reg. iur. Aduerte tex. ibi dū dicit: nemo q cōdēnare nō pōt absoluere pōt. ⁊ sic q non hz ptātem ⁊ sic iurisditionē. ita exponūť ⁊ bñ Oldra. lau. ⁊ Albe. de rosa. hic. nam iurisditio est potestas de publico introducta: vt diffinit gl. approbata in. l. j. ff. de iurisdi. om. iud. ⁊ pptere a tex. hic dicit qꝛ q dānare pōt is absoluēdi ptātem habet. Tunc eñi illa equipa ratio negatiua optime pcedit qui nō habet ptātem: ⁊ sic iurisditionē in cōdēnādo: ille etiā nō pōt absoluere ꝫ qñ qs hz iurisditionē: ⁊ phibeť in certo casu cōdēnare: nō ƺ intelligi in illo casu phibitus absoluere. ita pcedit glo. in. d. cle. j. per quaꝫ ibi punctualiter no. do. Ab. vt. s. retuli. nec tūc fit equiparatio an iure antiquo: imo phibēdo iudicē qui hz iurisditionē solū condēnare videť potius pmittere qꝫ possit absoluere. c. nonne bene dicimus. de presum. ⁊. l. marit⁹. C. de pcu. Non obstat fundamentū Pe. de anch. ⁊ do. Bartho. sozi. qd ego. s. pleni⁹ indu xi: qꝫ cōdēnatio ⁊ absolutio sunt correlatiua: ⁊ similiter actor ⁊ reus: ⁊ qꝫ in correctiuis ius corrigēs in vno correlatiuo: intelligitur corrigere in alio. Responde hoc esse verū, qñ est eadē rō secus qñ est diuersa ratio in altero ex correlatiuis: tunc dispositū in vno correlatiuorū non intelligitur dispositum in alio. l. fi. cū glo. fi. C. de rescin. ven. p quē tex. ita expresse limitāt Bar. Ang. ⁊ alij in. d. l. fi. C. de indi. vidui. tol. cū multis cōcordātibus quas ibi dedi. ⁊ Bar. in. l. multū interest. ⁊ ibi Lud. ro. ⁊ alij. ff. de ꝟb. obli. Sꝫ in pposito nostro est diuersa ratio. Nā vt dixi condēnare respicit actorē, soluere reū. Modo i fine iudicij ⁊ in snia ferēda fauorabiliores sunt rei ꝗ actores: qꝛ fauorabiliores sum⁹ ad absoluēdū ꝗ ad ꝯdēnādū: vt. l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. ⁊. l. arrianus. ff. de actio. ⁊ obli. vnde ius nouum correctorium prohibens condemnationem ⁊ sic actum minus fauorabilē. ⁊ sic in quo est minor ratio, non debet extendi ad absolutionē que in se est actus magis fauorabilis. bene verum est qd circa media cāe vbi equaliter fauemus actori sicut reo, fm glo. Bar. ⁊ alios i. l. de die. in pñ. vbi dixi. ff. qui satisd. cog. Itē vbi est materia indifferēs: ⁊ sic vbi actor ⁊ reus ad paria iudicātur. d. l. fi. C. de fruc. ⁊ litis expen. tunc bene ius correctoriū loquēs in vno ex correlatiuis, loquēs in actore procedit etiam in alio ⁊ sic in reo. Hinc est, qꝫ dicta auť. qui semel. que corrigit in actore extenditur etiam ad reum ratione correlationis, fm glo. Bar. et alios ibi. vt. s. retuli: quia ibi est materia indifferens ad vtrūꝗ et par ratio et equitas.

8 ¶ Nūquid. Circa istam q. ⁊ regulaꝫ: vide subtilē Deciū in regula nemo q condēnare. j. de regu. iur.

1 ¶ Contra procu. condemnatum non fit executio sententie nec datur actio iudicati, sed contra dñm principalem, nisi sit procurator ad negotia. nu. 6.

2 Factores seu institores funditorum ⁊ stationum scribentes epistolas, ⁊ asserentes mensam esse debitricem an ex dictis literis obligentur.

3 Procurator qui obligatur ex contractu non obligatur ex quasi contractu.

4 In iudicijs quasi contrahitur. Item etiam per sententiam iudicis condemnatoriam.

5 Contra procu. sine mandato se liti offerentem fit executio snie contra

contra eum late ꝙ tamen fallit in duobus casibus.
6 Snīa lata cōtra pcu. in rem suā mādat̃ cōtra eū executioni: qꝛ talis nō dicit̃ pprie pcuratoꝛ. hinc est ꝙ non caderet in statuto faciente mentionem de pcuratore.
7 Miles nec mulier nō possunt esse pcuratoꝛ pro aliis, tamen in rem suam sic.
8 Procuratoꝛ in rem suam dicitur cessionarius.
9 Ex parte rei pōt etiam fieri procuratoꝛ in rem suam.
10 Snīa lata cōtra tuto. vel cura. nō ꝯmittēda ꝯ eos executioni.
11 Si tutoꝛ vel curatoꝛ prestet auto. pupillo vel adulto ad adeūdā here. ex testa. in quo fuit tutoꝛ vel curatoꝛ preteritus vel exheredatus: istud eis nō preiudicat quominus possint dicere illud testa. nullum vel agere querela inoffi. testa.
12 Licet snīa in negotio prin. nō possit mādari ꝯ tuto. vel cura. executioni: secus tñ est in condemnatoria expēsarum.
13 An condemnatio expēsarū possit fieri cōtra pcu. ⁊ in ei⁹ bonis.
14 Cause vt plurimū perduntur culpa procuratorum.
15 Procuratoꝛ p litis contest. efficitur dñs litis.
16 Ex generali mandato dato dño nūꝙ pōt procuratoꝛ facere incidere dominum in penam.
17 Ad hoc vt quis possit mulctari ex inobediētia vel contumacia requiritur ꝙ sit vera ⁊ nō ficta. hinc est ꝙ dñs non pōt mulctari ex contumacia procura. secus tamen in condemnatione expēsarū quia ficta sufficit.
18 Executio snīe nō pōt fieri cōtra actorē municipii ⁊ sic cōtra syndicum vniuersitatis, sed cōtra ipsam vniuersitatem.
19 Syndic⁹ vniuersitatis no tenet̃ satisdare de iudicato soluēdo.
20 Executio qualiter fiet cōtra vniuersitatem non habētē bursā communem vel bona communia.
21 Pauperes non tenent̃ ad collectā quorū opere vix sufficiūt alimentis: ⁊ tunc alii de vniuersitate tenent̃ pro eis soluere.
22 Exactores collectarū si negligunt infra tpꝰ exigere possunt personaliter capi ⁊ cogi ad soluendum.
23 Si syndicus vniuersitatis habens ita in mādatis pmisit aliqd ⁊ obligauit vniuersitatem ⁊ psonas singulares. Item obligauit bona vniuersitatis ⁊ bona singulariū. an teneat obligatio.
24 Cōtractus factus ab eo qui habet potestatem. l. condende habet vim legis.
25 Uniuersitas ex suo contractu an possit obligare singulares psonas non consentientes obligationi.
26 Ualet argu. de persona ad res vel econtra.
27 Eadem res licet nō possit esse pluriū insolidum: pōt tamē esse pluribus obligata insolidum.

Si se non obtulit. Contra pcuratorē condēnatū nō fit executio snīe: sed ꝯtra dñū. Nisi pcuratoꝛ se liti obtulerit: vel sit pcuratoꝛ in rem suā. Idē in tutore actore ⁊ curatore municipii. h. d. vsqꝫ ad. §. ait pretoꝛ. Et primo loquitur de pcuratore cū duplici limitatiōe. Secūdo de tutore ⁊ curatore. Tertio de actore municipū. scḋa ibi tutoꝛ quoqꝫ. tertia ibi actoꝛ. Prima subdiuidit̃ in tres pticulas. In pria ponit̃ dictū bimēbre. In secūda declaratio. In tertia ratio declarationis. secūda ibi. obtulisse aūt videbitur. tertia ibi. nam hic alia ratiōe.
1 ¶ † Nota. i. ex isto tex. regulam ꝙ cōtra pcuratorē condēnatū non fit executio snīe: nec dat̃ actio iudicati: sꝫ cōtra dñm principalē: eo qꝛ pcuratoꝛ cōparet in iudicio non suo noīe: sꝫ noīe dñi et ad eius cōmodum ⁊ incōmodum. l. i. in prin. ff. de procu. Ista regula pcedit in pcuratore ad iudicia: secus in pcuratore ad negotia ⁊ sic in contractibus. In qbus pcuratoꝛ bñ obligat̃: ⁊ fit contra eū executio. l. pcuratoꝛ qui pro euictione. ff. de procu. ⁊ l. seruū titii. ff. māda. cū distin. tñ que tradit̃ in. l. pcuratoꝛ qui pro
2 euictione. per Cy. in. l. ei qui. C. ꝙ cū eo. † Et ideo licet factores seu institores fundicoꝛ ⁊ stationū scribētes epistolas ⁊ asserētes mensam esse debitricem ⁊ refusuros pecuniā ex ipsis nullatenus obligent̃: licet p ipsas literas mensa obligata pbetur: vt est tex. solennis ⁊ reputatus singu. in. l. fi. ff. de instito. Tñ si in dictis literis ꝯfiterēt̃ se pecuniā vl' res recepisse: sꝫ vt institores receperint ex quo tñ aliqd acqsitū est eis. ita scribēdo dicunt̃ fidē suā astrinxisse: ideo possunt ꝯueniri exēplo pcuratoris p. d. l. pcuratoꝛ q pro euictione. fm Ang. hic q refert ita Florētie fuisse iudicatū in cā dñi Paduani: qḋ tene ppetuo menti. qꝛ quotidianū ⁊ frequēter allegat̃ in practica. Ista decisio Ang. adde ꝙ idē tenet Ang. sub dubio tñ forte in. l. eādē. in fi. prin. ff. de duobus reis. tñ Pau. de ca. in. l. i. §. exercitorē. ff. de exerci. referēs istā decisionem Ang. aliter tꝫ p illū tex. de quo etiam p Ang. in. l. possessio quoqꝫ. §. fi. ff. de acq. pos. per Bal. in rub. C. de ꝯsti. pec. in. iii. co. ⁊ in rub. C. de exerci. in. xi. col. ⁊ que ponit Bar. in. l. i. §. nuntia-
3 tio. ff. de ope. no. nū. † Et sic habes, ꝙ pcuratoꝛ qui obligatur ex
4 contractu, nō obligatur ex quasi cōtractu. † Nā in iudiciis quasi contrahitur. l. iii. §. idē scribit. ff. de pecu. gl. in. l. ii. §. fi. ff. de pre to. stipu. Item p snīam iudicis cōdēnatoriā quasi ꝯtrahit̃ fm Bal. in. l. vnica. in. ii. col. C. si plures vna snīa. ⁊ in. l. eos. §. ne temere. ad fi. C. de appella. ⁊ in. l. ab executione. in vlt. col. C. quorum appella. non reci. Que autem sit ratio diuersitatis quare pcuratoꝛ obligetur ex cōtractu ⁊ nō ex iudicio vel ex sententia
5 dic p glo. in. d. l. pcuratoꝛ q p euic. ¶ Scḋo no. ꝙ cōtra pcuratorem sine mādato se liti offerentē fit executio snīe cōtra eum late. Et sic pondera ꝙ iudiciū agitatum cū falso procuratore nō est funditus nullū nec snīa oīno nulla cū possit fieri executio talis snīe cōtra ipm pcuratorē, vt hic. ⁊. l. plauti⁹. ff. de pcu. Ideo pōt per dñm haberi rata. l. iii. §. falsus. ff. rē ra. ha. q̄uis talis snīa quo ad preiudiciū dñi sit ipso iure nulla. l. licet. C. de procu. ⁊. c. in nostra. eo. ti. Limita istū tex. dupliciter fm Lud. roma. ⁊ do. Alex. hic. Primo, nisi pcuratoꝛ iusto errore putasset se habere mandatū: tūc non fieret executio snīe contra eum fm Bar. in. l. de pupillo. §. fi. in. ii. col. ff. de ope. no. nunt. ⁊ est tex. in. l. plautius. in verbo cū sciret. ff. de pcu. Idem qñ pcuratoꝛ iusto errore putabat se hr̄e mandatū legitimū cum nō esset fm Jo. an. in addi. Specu. in titu. de execu. senten. in. §. sequit̃ in xvi. sed pone lite contesta. in addi. incip. Albert⁹ galeoti ꝙ reputat do. Alex. multū tenendū menti: pro limitatiōe huius l. ⁊. d. l. plautius. Secūdo limita nisi aduersarius sciret offerentem se liti nō habere mandatū: tūc non fiet executio snīe cōtra eū p. l. is q se obtulit. cū. l. seq. ff. de rei vendica. ⁊. l. qui se liti. ff.
6 de peti. here. ¶ † Tertio nota, ꝙ snīa lata cōtra procuratorē in rē suā mittit̃ cōtra eū executioni: qꝛ ppriā ⁊ non alienā cām egit. vt hic in litera. Hinc est, ꝙ pcuratoꝛ in rem suam tenetur facere expēsas litis de suo pprio cū ad eū spectet emolumentū litis, fm Bal. in. l. i. C. de euicti. Hinc est, ꝙ pcuratoꝛ in rē suā non dr̄ pprie pcuratoꝛ cum in effectu non administret negotia aliena sed ppria: ideo nō caderet in statuto faciente mētionem de procuratore. glo. est ordi. in. l. i. in prin. in glo. magna. ⁊ ibi Bar. ff. de pcura. Bal. in. l. i. in. v. q. C. de actio. ⁊ obl. Bal. ⁊ Sali. in. l. qui stipē. C. de pcu. q̄uis de hoc dubitauerit. Specu. ⁊ Jo. an. in ti. de pcu. §. fi. in xvi. vtrū aūt pcuratoꝛ in rē suā sed veritas est quā dixi, ꝙ nō est pprie pcuratoꝛ. nec caderet in statuto faciente mentionē de procuratore quod vltra pdicta cōfirma: qꝛ pcuratoꝛ in rem suā nō dicit̃ simpliciter pcuratoꝛ sed cū adiuncto in rem suam: ergo nō pprie, qꝛ quādo aliqd non pfertur simpliciter sꝫ cū adiuncto illud nō est proprie: vt est re
7 gula Bar. in. l. luci⁹. §. q̄sitū. ff. de lega. iii. † Hinc est, ꝙ miles qui phibetur esse pcuratoꝛ etiā pro patre: matre: vel vxore. l. milit̃. C. de pcu. etiā de volūtate alterius partis. vt. l. filiusfa. §. veterani. ff. de pcu. tñ pōt esse pcuratoꝛ in rem suā. vt ibi. ⁊. d. l. q stipēdia. similiter mulier prohibetur esse procuratrix p alio etiā coniuncto: qꝛ est virile officiū: vt. l. neqꝫ feminas. ff. de pcu. ⁊. l. femine. ff. de tute. tñ pōt esse pcuratrix in rem suā. l. qꝛ absen
8 te. C. de pcu. † Et pcuratoꝛ in rē suā dicit̃ cessionari⁹: vnde qñ debitoꝛ cedit creditori suo alium debitorē suū, ille creditoꝛ qui est cessionari⁹ est pcuratoꝛ in rem suā fm Spec. in ti. de pcu. §. sequitur. in ver. in summa. Et de hoc habes tex. meliorē de iure i. l. si pcuratorē. §. fi. in fi. ff. māda. ibi actionē mihi cedas: ⁊ hoc modo pcuratorem meū in rem meā facias: quem tex. ad hoc allegat Bal. in. l. si quidem. in. ii. col. C. de actio. ⁊ obli. Itē si vendo tibi aut dono actionē quā habeo cōtra titiū, diceris pcuratoꝛ in rē tuā. l. ii. C. de actio. ⁊ obli. Bald. ⁊ Pau. de cast. in. l. q oīa. §. plane. ff. de procu. Et pōdero ꝙ iste tex. loquitur in procuratore in rē suam ex parte rei conuenti: vnde no. ex isto text.
9 Ange. Imo. Rapha. cu. ⁊ do. Alex. † qḋ etiā ex pte rei pōt fieri pcuratoꝛ in rem suā: ⁊ pōt fieri etiā actore inuito fm glo. multas leges ad hoc allegantem in. l. plane. ff. fami. hercis. ⁊ qualiter ex parte rei fiat procuratoꝛ in rem suā: declarat gl. in. l. plautius. ff. de pcu. vꝫ si vendā aut cedā alicui hereditatem in qua sint creditores: iste cessionarius erit in effectu debitoꝛ illorum creditorū: ⁊ sic in iudicio erit procuratoꝛ in rem suam ex parte
10 rei cōuenti: ⁊ sic debitoris. ¶ Quarto no. in ver. tutoꝛ. ꝙ † snīa lata cōtra tutorem vel curatorē nō dꝫ cōtra eos mitti executioni: qꝛ ex actu quē facit tutoꝛ vt tutoꝛ non debet pati preiudiciū l. ii. ff. de admi. tuto. qꝛ officium suū nemini debet esse damnosum. l. sed si quis ex signatoribus. in prin. ff. quēad. testa. ape. et
11 c. cū nō deceat. in prin. de elec. in. vi. † Hinc est ꝙ si tutoꝛ vel curatoꝛ pstet autoritatē pupillo vel adulto ad adeundā hereditatem ex testō in quo ipe tutoꝛ vel curatoꝛ fuit iniuste pteritus vel exheredatus: istud ei non piudicat quominus possit dicere illud testm̄ nullum vel agere querela inofficiosi testamēti. tex. est notabilis ppter hoc factus in. l. cū qdā. C. de admi. tuto. ⁊ in. l. tutorē. ff. de his quibus vt indig. ⁊ ibi tex. duplicē rationē assignat. Prima qꝛ officii necessitas ⁊ tutoris fides excusata esse debet. Scḋa quia ex eo qḋ non iure persone sue sed pupilli fe
12 cit penā mereri non debet. ¶ † Limita istum textum vt pce-

pcurator in rem suā

quis dicat pcurator in

dat in sñia lata in cã vel negotio principali que nõ mittit executioni cõtra tutorez vel curatorẽ. Secus est in sñia cõdẽnatoria expensarũ: q̃ potest fieri cõtra tutorem ⁊ curatorẽ q temere ⁊ calũniose litiganit: ⁊ cõtra eũ fiet executio ⁊ in eius bonis: vt est tex. planus in. l. nõ est ignotum. C. de admini. tuto. Potest tñ etiaz fieri cõdẽnatio expẽsarũ ⁊ executio cõtra pupillũ: sed pupillus postea recuperabit a tutore. l. qui solidũ. §. etiã. ⁊ ibi Bar. ff. de lega. ij. ⁊. l. j. §. hoc edicto. ff. ne vis fiat ei. Et isto casu liberabit pupill° cedẽdo actionẽ cõtra tutorẽ. l. fi. ff. de admi. tuto. Item tenet Bar. in. l. edita. in pe. q. C. de eden. ⁊ in. l. j. §. si procurator ad fin. ff. si qs ius di. non obtemp. Istud vltimũ de cessiõe actionis limitat Bar. pcedere qñ executio expẽsarũ fieret finito officio tutele: sed eo durãte cogitur pupillus soluere: ⁊ postea repetere a tutore per. d. l. qui solidum. §. etiam. ¶ Cõtrarium in hoc vltimo videtur tenere idem Bar. in. d. l. fi. ff. de admi tut. per illum tex. loquẽtem de cessiõe qui non facit differentiã an sit finitum officium tutele vel nõ: ⁊ lz actio tutele non possit intentari durãte officio. l. nisi finita. in prin. ff. de tute. ⁊ rati. distra. tamen ejus spes bene põt cedi. l. spem. C. de dona. ⁊ sequitur do. Ale. hic. Sed caue q: isto modo nimium differret executio solutiõis expẽsarũ in perniciẽ partis vincẽtis si oporteret differre vsque quo finita sit tutela: vnde tutius videt esse tenẽdũ: prout etiam tenet Raph. cu. q semper cõdẽnatio expẽsarũ possit exequi cõtra tutorem ⁊ noĩe suo pprio: ⁊ in suis bonis per tex. planũ in. d. l. nõ est ignotũ, nec poterit tutor allegare q sit cõdemnatus noĩe pupilli: ex quo talis cõdemnatio expẽsarũ pcessit ex dolo ⁊ culpa tutoris q temere ⁊ calumniose litiganit prout loquitur Bar. in l. quoties. §. sicut. ff. de admi. tu. nam est iniquũ facto tutoris pupillum dãno affici. ita dicit tex. in. l. neq3 infantes. i prin. ff. de fideicõ. lib.

13 ¶ † Quid in pcuratore an cõdẽnatio expensarũ possit cõtra eum fieri ⁊ in eius bonis. Bar. tenet q sic in duob° casibus. Primo pper maleficium cõtẽnẽdo preceptum pretoris. l. vnica. §. si pcurator. ff. si qs ius di. nõ obtemp. Secũdo qñ fuit cõtumacia ipsius pcuratoris q tenebat aliqd facere: ad hoc etiã allegat. d. §. si procurator. ⁊ cũ Bar. tenẽt Jmo. ⁊ lati° do. Alexã. hic. ⁊ Bar. in. l. plautius. ad fi. ff. de procu. tamen dicit Pau.

14 de ca. † q istud male obseruatur: quia vt plurimũ cause perdũt culpa procuratorũ: ⁊ tñ impẽse vadunt cõtra dñm ⁊ totuz dãnũ est dñi. Ang. ⁊ Raph. cu. tenẽt ɔtra Bart. q: doctrina Bartol. esset vera sequeret q qñ lis est cõtestata cũ nihil incumbat dño faciẽdũ q condẽnatio expensarũ pro gestis post litem contesta

15 tam nũq fieret contra dñm. qđ est falsum. † Tu cõfirma q: procurator per litis cõtestatiõe efficit dñs litis. l. procuratoribus ⁊. l. nihil. C. de procu. ita q de cetero debet citari pcurator ⁊ non dñs. gl. in. l. j. C. de sen. ⁊ interlo. om. iudi. ad hoc responde ex doctrina Bart. q qñ iudex pcepisset ipsi dño siue ante siue post litem cõtestatã, dñs teneret facere: ⁊ si pcurator omitteret diceret negligentia lz cõtumacia dñi ⁊ nõ pcuratoris vt hic p eũ. istã materiã plenius examinat Bar. in. d. l. vnica. §. si pcurator. vbi etiam reprehẽdit Jnno. in. c. j. vt lit. nõ contest. quem sequebat Ange. hic. Ad ibi dicta me remitto. Ponũt late Cano. in. d. c. j. Aduerte tamẽ inquãtũ Bar. in dictis duab° fallen. ⁊ sic in secũdo ⁊ quarto casu allegat eũdẽ tex. ad illos duos casus: ⁊ sic ad maleficium deinde ad omissum. ⁊ sic ad non factũ. Secũdo ille tex. loquitur in mera pena: vt dicit tex. in. §. fi. in eadẽ. l. ibi ⁊ cuz merã penam ɔtineat nõ trãsit ad heredes: sed hic loquũr de expẽsis que respectu aduersarũ sunt interesse. c. in nostra. de iniu.

16 ⁊ dam. dato. † vnde in pmo casu habemus q in generali mãdato dato pcuratori nũq procurator põt facere incidere dñm in penam. l. si procurator. in prin. ff. de cõdi. inde. Item ⁊ fortius q ille tex. non faciat in proposito ostẽditur. naz ad hoc vt habeat locum illud edictuz. si quis ius dicen. non obtem. ⁊ sic ad hoc vt

snia se referens ad aliquã scripturã que nõ sit producta in actis, nã hic iudex se retulit ad testm̃ qd nõ apparet in actis fuisse productũ: ꝛ valet tñ sententia. tñ gl. a in prin. dicit ꝙ hic aliqua parte actorũ q̃titas cõtinebat, ꝛ sic ꝓsupponit ꝙ testm̃ erat in actis productũ: ꝛ ita ponderãt istã glo. Pau. de ca. ꝛ d. Pet. de bexu. hic. idẽ videntvelle Bar. Bal. Ang. Jmo. Raph. cu. ꝛ d. Alex. in eoꝝ sũmario in q̃tũ summãt istũ tex. ꝙ paria sunt vl ꝙ snia sit certa de se: vl ꝙ se referat ad acta: ergo voluit ꝙ hec sentẽtia se referebat ad acta, ꝛ sic ꝙ testm̃ erat in actis ꝑductũ. An istud notabile sit verũ vel ne: dicã no. j. sup gl. j. in prima parte. ¶ Quinto notat ex isto tex. bar. j. extra glossas ꝙ valet snia si iudex dicat cõdẽno te ad id qd est petitũ si est ꝓbatũ i actis reseruo, j. extra glos
12 sas vt sequar ordinẽ bar. ¶ Sexto no. ex ver. si. iũcta gl. ꝙ † si testator corã quinq̃ testibus reliquerit aliquod legatũ vel fideicõmissum alicui: intelligitur reliquisse iure codicillorum: ex quo quinq̃ testes interuenerunt qui requirunt in codicillis. l. fi. in fi. C. de codicil. licet nõ fuerit facta aliq̃ scriptura, q2 ad validitatẽ codicilloꝝ nõ requiritur scriptura. l. fi. C. de bo. lib. ꝛ hic in glo. parua. ꝛ sic ꝺm Jmo. verbũ codicillis verificatur: q̃uis non sit facta scriptura: sed caue q2 videtur repugnare vis vocabuli q2 codicillus dicit quasi paruus codex: ꝛ sic parua scriptura, ꝺm glo. instit.
13 de codicil. in prin. † Nisi dicas ꝙ nõ statur allusioni vocabuli qñ diffinitio vel substantia repugat ꝺm Bart. in. l. j. in princi. ff. de
14 acqui. poss. ꝛ alibi sepe. ¶ † Septimo no. ex eodẽ versi. fi. ꝙ licet snia debeat ferri in scriptis. l. fi. C. de sen. ex peri. reci. ꝛ c. fin. de re iu. in. vi. tñ põt certificari per relationẽ ad aliud qd nõ est in scriptis vt hic: vbi snia se refert ad legatum vel fideicõmissum: ꝙ nõ fuit in scriptis relictũ: sed viua voce corã testibus: ꝛ tñ valet snia ꝙ no. ad declarationẽ iuriũ predictoꝝ. ¶ Glo. pria in verbo q̃ testamẽto diuidit in quatuor partes prin. Jn prima oppo. contra tex. ꝛ sol. dupliciter. Jn scđa etiã opponit ꝛ soluit: ꝛ rationẽ solutionis assignat. Jn tertia allegat duas. ll. cõcordãtes ad hũc tex. Jn quarta ꝛ vlt. querit de notabili. q. ꝛ respõdet: ꝛ illa respõsio vsq̃ ad fi. debet interrogatiue legi: q. a si dicat nõ est rõ diuersitatis ergo idẽ ius in vno qd in alio. ¶ Jn prima parte primaꝫ sol. gl. Bar. ꝛ cõiter aliĩ sequunt. Et pro ista solutiõe Bar. adde rationẽ: q2 si nõ appareret de certa quãtitate: tũc videret pronũtiasse de eo ꝙ sibi nõ liqueret, ꝛ sic sine cause cognitiõe: ergo snia nulla. l. prolatã. C. de sentẽ. ꝛ interlo. om. iu. ꝛ cũ ista rõne bar. videntur aliĩ cõiter trãsire: sed ista rõ nõ videt esse bona: ꝛ eam re-
15 probat. d. Alexã. † q2 licet iudex debet ferre sniam cum cause cognitione. l. ex stipulatione. C. de sentẽ. notat glo. in. d. l. prolatã. e. titu. ꝛ in. l. fi. C. cõmina. epistolas. tñ de substãtia snie non videt esse probatio. l. posthum9. ꝗ. si quis ex his. ff. de inoffi. testa. et in l. cũ putarẽ. ff. fa. hercis. Bal. in. l. cũ ꝛ maiores. C. si aduersus reꝫ iudi. ꝛ in. l. j. in. iij. co. C. de edẽ. Cano. in. c. ecclesia sancte Marie. reprobata glo. ibi. de consti. d. Alex. in cõsi. cv. quinti volumi: nis incipiẽte põderatis narratis in themate sentio. in. ij. col. facit bñ tex. in. l. argentarius. ꝗ. cum autẽ. ff. de eden. per quem tex. notat.
16 ibi † Bal. ꝙ snia lata super nõ probato valet ꝛ tenet si nõ appelletur: vnde si iudex condẽnet reum cõtra quẽ nõ est probatũ qd debeat: valet snia licet sit cõtra ius litigatoris. l. j. ꝗ. itẽ cũ cõtra sacras. ff. que sentẽ. si. appel. rescin. ꝛ. l. ij. C. quando prouo. nõ est ne-
17 cess. † ꝛ dicitur iudex cũ cause cognitione pronũtiasse quotiescũ ꝙ parte ꝓsente vel cõtumace ꝑcessit. l. in cause. ꝗ. causa aut cognita. ff. de minoribus. Bar. in. d. l. prolatã. nec obstat. l. hec autẽ. ꝗ. j. in vbo cõstare dꝫ liquere q2 ꝑtori. ꝛ ꝙ ibi pulchre notat Bar. ff. ex q causis in pos. eatur. q2 loquit in his q̃ sunt de substãtia iudicij, vt citatio, contumacia, ꝛ similia, l. ea que. C. quõ ꝛ qñ iudex. ¶ Circa istã primam sol. glo. ab oĩbus approbatam aduerte ꝙ in isto tex. bene dicit ꝙ certa quãtitas cõtinebatur in testamẽto vel codicillis nõ aũt dicit in aliqua parte actorũ prout glo. dicit vnde glo. ꝛ doc. intellexerũt istũ tex. ꝙ istud testamẽtũ et isti codicilli erãt producti in actis: ꝛ sic volunt ꝙ si testamẽtũ ꝛ codicilli nõ fuissent ꝑducti in actis: ꝛ iudex iudicasset in quantitate q̃ in testamẽto vel codicillis cõtinetur nõ productus in actis: snia esset nulla tanquã ꝺm Bar. sine cause cognitione lata. d. l. prolatam. de quo tñ statim dixi: sed istud videt cõtra istũ tex. in fi. vbi fideicõmissum erat relictũ sine scriptura: ꝛ sic non potuit i actis produci ꝛ tñ valet snia. ¶ Dicũt doc. ꝙ licet i isto versiculo fi. testator reliquisset legatũ sine scriptura: tñ fuerat in actis probatũ per testes de tali relicto: et iudex qui pronũtiauit se retulit ad illas allegationes. ista solutio cõis gl. ꝛ doctoꝝ licet in se posset esse vera: tamẽ videtur cõtinere magnã diuinationẽ ad istũ text.
18 ¶ † Unde ex ista gl. iuncto tex. no. diligẽter, ꝙ valet snia incerta qñ iudex se refert ad certum instrumentũ in actis ꝛ in iudicio productum: secus si nõ esset productum in actis: q2 snia debet referri ad intrinseca processus ꝛ nõ ad extrinseca. vt hac gl. valde
19 nota. ad hoc. † Adde ꝙ si iudex se retulit ad quãtitatẽ de qua apparet in certo instrumento nõ valet sentẽtia si tale instrumentũ non fuit productum in iudicio in instantia illius cause ꝺm Jo. an. in addi. Spe. in tit. de sen. prolati. ꝗ. qualiter. in versic. quid si iudex, ꝛ sequunt. d. Ant. de but. ꝛ Jo. de imo. in. c. cũ venerabilis. ꝛ ibi do. Abb. in pe. col. de excep. d. Anto. de but. in. c. cũ venerabilis. in. iij. col. de relig. do. Ang. ꝛ Jmo. in. l. si conuenerit. j. eo. Lud. ro. in. l. j. ꝗ. si quis ita. ꝛ ibi Are. in. ij. col. ff. de verb. obli. Ang. de are. in. ꝗ. curare. iij. col. insti. de acti. do. Alex. in cõsi. lij. v. volu. qd incipit querit an stante nullitate ad fi. vbi dicit bonũ verbũ in practica, ꝙ ista est cõis opinio. ita etiã tenet. d. Alex. in consi. clix. v. volu. incip. viso processu cause vertentis inter Joannem. ꝛ ista est vera: q̃uis contrariũ teneat Jnno. in. d. c. cum venerabilis. de excep. per illũ tex. in ver. ꝑ autẽtica scripta. ꝛ latius Bal. in. l. j. ad fi. in vl. q. C. de sen. ex pericu. reci. Bal. ꝛ Ang. in. l. iij. C. de sentẽ. que si cer. quanti. ꝛ istam tenet. d. Alex. ibi contrarius hic: de quo valde admiror. pro ista vltima parte videt bene facere iste tex. vbi nõ apparet testm̃ vel codicillos fuisse in actis productos vt dixi. s. in tex. in. iiij. not. similiter tex. in. d. c. cum venerabilis. in verb. per autentica scripta. que tñ apparent fuisse in actis ꝑducta. Tene primã opinionem que est cõmunior ꝛ verior ꝛ. d. Alex. met in preallegato cõsi. liij. v. partis. ad fi. dicit eã esse
20 cõmunẽ opinionẽ. ¶ † Adde ꝓ ea bene facere ꝙ si iudex in sententia dicat pronũtio in omnib9 ꝛ per omnia prout talis iudex in tali causa ꝑnuntiauit: certe ista sentẽtia nihil valet, ex quo illa alia sententia relata non fuit producta in actis. ita tenet Jo. an. in dicto tit. de senten. prola. ꝗ. qualiter. in versi. quid si reus. quẽ refert ꝛ sequit. d. Abb. in. d. c. cũ venerabilis. in pe. col. de excep. Ang. ꝛ Jmo. in. l. si cõuenerit. j. e. Ang. de are. in. ꝗ. curare. insti. de act. ad idem facit, q2 nõ potest videri in iudiciũ deductũ illud quod non fuit productũ in actis, ꝫ Bal. in. d. l. j. ad fi. C. de sen.
21 que sine cer. quãti. † Item facit, q2 instrumẽtũ nõ ꝑductũ in iudicio non probat: nec cõcludit iudicẽ: vt iudiciũ ꝫ inducat priuatam sciẽtiam. ita signanter tenet Bal. qui frequenter in palatijs ad hoc allegatur in. l. fi. j. xiij. col. C. de edicto diui adria. tollẽdo fortius ꝛ singulari9, instrumẽtũ productũ corã iudice adhuc nõ probat nisi parti detur copia cum assignatiõe termini ad opponendum. ita singu. tenet Bar. in extrauagãti ad reprimendũ in verb. de plano. in. ij. col. Sali. in. l. fi. j. col. vbi limitat. C. de fide instru. Lud. ro. in consi. clix. incip. honorande domine. in. j. col. ꝛ in consi. clxix. qd incip. in casu proposite cõsultationis. breuiter dicendum existimo. tamen ad ista posset facile respõderi si vellemus tenere secundã opinionẽ: nam procedunt quo ad plene probandum q2 instrumentũ publicũ ꝙ nõ est in iudicio nec in actis productum nihil probat, sed hic agitur solũ de declarãdo illud ad quod se refert sententia, qd est leui9. l. heredes palam. ꝗ. si qd post. ff. de testa. sed vt dixi iudicando ꝛ consulendo nõ recedas a prima opinione que magis cõmunis. ¶ Juxta istã glo. pro eius
22 intellectu querit Bar. † an valeat snia in qua iudex dicit cõdẽno te ad soluendũ id ꝙ debes. ꝛ distinguit cõcordãdo duas glossas que vident contrarie, vt hic per eum. cum Bar. tenet cõmuniter aliĩ, maxime. d. Alex. idem tenet Bar. in. d. l. iij. C. de sen. que sine cer. quãti. ꝛ ibi Bal. Ang. Sali. ꝛ Flori. idem tenet Jmo. in. l. in summa. in prin. in. j. col. ad fi. j. e. ꝛ in. c. illa. ad fi. de accusa. d. ant. de but. in. c. cũ venerabilis. de excep. ꝛ ista est cõmunis opinio. ꝫ d. Alexã. hic. quicquid dicat Rapha. cu. per aliqua leuia quib9 respõdet. d. Alex. ꝫ Ang. de are. in. ꝗ. curare. insti. de acti. dicat opinionẽ Raph. cu. esse de iure veriorem: sed qd opinio Bar. seruetur in practica. adde tu ꝙ ꝯtrarium etiam tenet Joã. fab. in d. ꝗ. curare. in. vj. colũ. vbi fortius tenet, ꝙ etiam qñ snia expresse se referret ad acta ꝑbatoria adhuc nõ valeret, q2 acta ꝛ attestationes vt plurimum sunt dubie, vnde ratione incertitudinis debet snia vitiari: ꝫ tu dic Bar. loqui quando in actis probatorijs cõtinebatur certa quãtitas, ꝛ sic quãdo sentẽtia se referebat ad cer-
23 tum. adde etiam pro Bar. facere, † q2 sentẽtia debet declarari ꝑ acta ad que debet in dubio referri, ꝺm gl. in. l. si quis ad exhibendum. ꝛ ibi clarius Bar. ff. de excep. rei iudi. per quam glo. etiam dicit Bar. in. l. iul. verum debitorem. in. iij. col. ad fi. ff. de condi. indebi. qd sententia semper refertur ad causam que colligitur ex actis. est alia glo. in. c. confirmationẽ. in glo. fi. ꝛ ibi Gemi. de ele. in. vi. et dicit egregie Bal. in. c. cum super. ad fi. de causa possess. ꝛ proprie. qd acta sunt vehiculum ad ipsam sniam: ꝛ ideo sententia
24 videtur elicita ex mẽte actorum. ¶ † Jn vltima parte gl. habes quod valet sententia cõdemnatoria ad restituendaꝫ possessionẽ aduersario talem qualem habebat ante litem contestatem. et est tex. in. c. pisanis. quod est. c. fi. in prin. de resti. spo. q2 sicut in interdicto retinende possessionis potest ꝑnuntiari vti possidetis. ita ꝛ possideatis. ita etiã in interdicto recuperande potest pronun-
25 tiari sicuti possidebatis ita ne possideatis. † nam paria sunt ꝓnuntiare vti possidebatis vel iubere restitui possessionem talem qualem habebat ante litem contestatã ꝛ istã gl. reputat singularem Bal. et quod alibi non formentur iste questiones. in. l. iij. in fi. colũ. C.

§.col.C.de sen.que si cer.quā.intellige istam gl.sm Bar.ꝛ alios quando in aliqua parte actorum probatoriorū apparebat qua lem possessionē habebat:vt est i.c.pisanis.alias cus.ꝛ idē tenet glo.in.c.lꝫ causam.in ver.vti possidetis.de proba.Bar.in.l.j.in vlti.col.per glo.ibi:in verb.prohibeat.ꝛ in.l.si duo.in prin.in.ij. col.ff.vti possi.¶ Extra gl.Bar.fortiter opponit contra tex.ex quo dicit ꝙ iudex condēnauit aliquem ad restituēdum illud qđ habet ex testamēto vel codicillis meuꝫ,quod videtur quasi quā titatem nominasse que testamēto vel codicillis cōtinetur, cōtra qꝛ ista differunt:redde quod habes ꝛ redde quod in tali testamē to comprehensum est qꝛ stat simul quod in testamento vel codi- cillis sit expressa certa quantitas et tamē iste cōdēnatus eam nō habuerit:ꝛ ille a quo est relicta quantitas nō tenetur nisi illā vel ampliorē a testatore habuerit.vt.l.imperator.in pñ.ff.de leg.ij. Bart.dupliciter respondet.Primo ꝙ iste tex.intelligitur in fi deicōmisso vniuersali hereditatis quod pōt solo verbo restitue- re.l.restituta.ꝛ.l.facta.in prin.ff.ad treb.ꝛ facta restitutione solo verbo verum est te restituisse illud quod habes ex testamēto:sed huic solutioni obstat iste tex.in verb.quantitatem:qui non dicit

26 vniuersitatem.Bar.respondet qđ † appellatio quātitatis est ge neralis etiā ad vniuersitatē.per.l.quisquis.ff.de leg.iij.sed caue qꝛ ibi sunt alia verba.s.quātas summas.nec ibi dicitur ꝙ cōpre hendat hereditas ꝛ sic vniuersitas:lꝫ tex.dicat ꝙ vltra pecuniā numeratam cōprehendant predia:mancipia:vestes ꝛ argentū. ¶ Secundo modo respondet Bar.intelligēdo tex.loqui in reli cto particulari:prout gl.intelligit ꝙ iste cōfessus erat in iudicio se habuisse quicquid illi in testamento vel codicillis erat relictum vel qđ in aliqua parte actorū istud cōtinebat,alias sm Bar.iste tex.non posset procedere per.d.l.imperator.in prin.sed vt etiā dixi.s.in tex.in.iij.no.ista est nimia diuinatio ꝛ restrictio ad istū tex.vnde responde planius vt ibi dixi,ꝙ iste tex.in verb.quātita tem.proprie loquitur in relicto particulari.itē loquitur in here de vniuersali vel i fideicōmissario vniuersali facta illi actuali re stitutione grauato passiue:ꝛ idē in similibus ꝛ eorum heredibꝰ, isti presumuntur totum habere absqꝫ alia probatiōe extrinseca ꝛ istud ponit iste tex.pro cōstantilitem ad.d.l.imperator.in pñ. in qua Bar.fundat pricipaliter istā oppositionē.pōt dici ꝙ nō obstet:qꝛ dicit ꝙ si grauatus nullā habet quantitatē sibi relictā sufficit ꝙ cedat actiones:si vero habuit debet restituere:ergo ve rificant vba sententie.s.restituas qđ habes:qꝛ hꝫ actiones ꝙuis nihil aliud acceperit.¶ Secundo per istum tex.decidit Bar.ꝙ

27 valet † sñia in qua iudex condēnat reum in petitis si est probatū: ꝛ si non est probatum absoluit,qꝛ est conditio intrinseca de ꝛ pre senti,ꝛ hac cautela sm eū vtunt assessores qui ex forma statutor tenent pronūtiare sub pena ꝛ habent breuem terminū ad delibe randum vt condēnent vt.s.si est probatū:idē faciunt imperiti q nesciunt ex actis colligere vtrū sit pbatū vel non cū istā decisio- ne Bar.tenent Ang.Jmo.ꝛ.d.Alex.hic.¶ Contrarium tenēt Raph.cu.ꝛ.d.Pe.de bexu.eo qꝛ sm Rapha.apparet ꝙ ista sen tentia est lata sine cause cognitione:ergo nihil valet.l.prolatam. C.de sent.ꝛ interlo.om.iudi.qꝛ illud qđ est dubiū iudex indiscus- sum reliquit:sed vt dixi.s.in gl.j.in prin.ꝛ dicit etiā.d.Alex.hic: eoipso ꝙ iudex processit parte presente vel citata dicit pcessisse cū cause cognitione:ꝛ probatio nō est de substātia sñie.¶ Con- tra Bar.etiam mouet do.Pe.de bexu.qꝛ ista nō potest dici sen tentia ex quo ei non cōpetit diffinitio sñie qꝛ non imponit finē controuersie.vt.l.j.s.eo.sed respōde ꝙ imo imponit finē referen do se ad intrinseca pcessus.vt not.gl.in.d.l.cū iudex.C.de sentē. ꝛ interlo.om.iud.¶ Secundo mouet qꝛ si iudex dicēdo si est p batū demonstrat ꝙ non cognouit de causa:ꝛ forma verborum dat aperte hoc intelligere:ergo sentētia lata sine cause cognitio

28 ne nihil valet.d.l.prolatam.† Jtem est in arbitrio iudicis an ad hibeat fidē probationibus vel ne.l.iij.§.j.ff.de testi.glo.no.in.l. lucius.ꝛ ibi Bar.in fi.ff.de his q notā.infa.sed iudex dicēdo cō dēno si est pbatū nō declarat an adhibuerit fidē probationibꝰ vel ne.ergo cū simus in incerto sententia debet dici nulla:sed rñ

29 de vt.s.proxime dixi ad fundamētū Raph.qꝛ ad idē.¶ † Tene cum Bar.cum quo etiam tenet Bal.in.c.qđ ad consultationē.i iij.col.eo.tit.ꝙ valet sententia lata sub conditione intrinseca q̄ est de presenti vel de preterito.s.si est probatum prout clare loq- tur Bar.¶ Unde adde secus esse si sentētia feratur sub cōditio ne intrinseca:sed de futuro,tunc talis sentētia nihil videt valere, ꝛ iste erit pulcher ꝛ vtilis passus:puta si iudex in sententia dice- ret condēno reum actori in petitis si pbauerit vel si probabit in tentionem suam:ꝛ sic in futurum.nam videtur reddi nulla,ratio ne incertitudinis:qꝛ se refert ad pbationes futuras que nō sunt in esse.l.iij.C.de sen.que sine cert.quant.ꝛ.§.curare.insti.de actio. nisi sit probatio que possit fieri incontinēti post sñiam anteqꝫ iu dex diuertat ad alios actus:puta per iuramētū:puta qꝛ iudex cō dēnauit reū in petitis si actor iurauerit illa mutasse aut illa sibi deberi.l.generaliter.post prin.ꝛ qđ ibi not.gl.in vb.diffinitiuā. C.de reb.cre.ꝛ lꝫ valeat sententia q̄ cōtinet in se certū lata sub cō ditione extrinseca:puta si nauis ex asia venerit nisi rescindat per appellationem.l.j.§.biduum.ff.qñ appel.sit.tñ si contineret con ditionem intrinsecam que non possit statim impleri post sñiam illa sñia propter incertitudinē nihil valeret.ita tenent gl.Bar.ꝛ Bal.in.l.cum iudex.per illū tex.C.de sent.Bal.in addi.Spe.in tit.de sentē.prolat.in.vij.col.in ver.an valeat hec sententia.Cō demno te si actor probauerit.idē sequitur Pau.de ca.dicens se ita de facto respondisse in.l.continuus.in prin.ff.de verb.obli. Jo.de imo.in.l.qui rome.§.augerius.ff.e.d.Ant.de but.in cōsi. l.incip.puto iudicem additū.d.Alex.in cōsi.lxxiij.iij.vol.quod incip.videtur prima consideratione dicendū dictum barnabā. in pe.ꝛ vlt.col.ꝛ istud etiā est satis de mēte Bar.hic:qui dicit in questione hic formata qđ ideo valet sententia qꝛ erat lata sub cō ditione intrinseca que erat de presenti:ergo vult qđ secus si esset de futuro vt hic:imo plus tenet Bal.in.d.l.cum iudex.qđ nō va let sententia si iudex dicat condēno te in petitis ex probatiōibꝰ factis ꝛ fiendis.ꝛ iste videtur esse casus mixtus ex quo condēnat nō solū ex probationibus iam factis in preteritum sed etiam ex fiendis in futurū:ꝛ tñ adhuc decidit talē sñiam non valere.¶ Cō trariā opinionē qđ imo valeat ista sñia cōdemno te i.eo qđ actor pbauerit vel cōdemno te in cētū si actor pbauerit se habuisse illa centū:multū facit:qꝛ si valet sñia lata sub cōditiōe extrinseca.d. l.j.§.biduū.ꝙtomagis debet valere facta sub conditione intrin- seca:qꝛ lꝫ ita ferri nō debeat sñia:tñ ita lata valet ꝛ tenet.d.l.j.§. biduū.ꝛ talis sñia bene dicit iniqua ꝛ iiusta:qꝛ iudex debet iudi care ex actitatis ꝛ pbatis.l.properādum.§.ꝛ si quidē.C.de iudi.

30 ꝛ.l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.psi.tñ † qꝛ talis sñia est cōtra ius litigatoris valet ꝛ tenet si nō appelletur.l.j.§.itē cū ꝯtra sacras. ff.que sen.si.ap.resci.ꝛ.l.ij.C.quādo prouo.nō est neces.vnde si nō appellaretur trāsiret in rem iudicatā:vt in iuribꝰ preallegatis. nec obstat incertitudo que alias sñiam reddit nullā.d.l.iij.C.de sen.que sine cer.quāti.qꝛ pcedit qñ est oīmoda incertitudo.s.q̄ nō declaratur per se nec per relationē ad aliud.hic aūt incertitu do venit declaranda per relationē ad probationes futuris,ꝛ ita in effectu tenet Spe.in ti.de sent.pla.§.iuxta.ver.sed ecce.Bal. sibi cōtrarius in.l.non dubiū.in.v.oppo.C.de legi.ꝛ in.l.perem ptorias.in.iiij.co.C.sen.rescin.non pos.ꝛ in.l.j.in pe.co.C.qui ac cu.nō pos.et in.l.si de meis.§.fi.ff.de arbi.Ange.in.l.nō quēad- modum.ff.de iud.Joā.de imo.sibi cōtrarius.in.l.iudex posteꝙ.i pe.col.j.e.Ang.in.d.l.q rome.§.augerius.ꝛ ibi plenius.d.Ale.

31 sibi contrarius.in pe.ꝛ vl.col.ꝛ idem.d.Alex.hic.adde † qđ etiā valet talis sententia cōdēno te in centū nisi infra decē dies pro- baueris te soluisse.ita signāter tenēt Spe.ꝛ Jo.an.in tit.de sen. §.species.in vsi.quid si iudex pcepit.ꝙuis sm eos tutius sit illō tempꝰ expectare.per.c.suborta.extra eo.de re iudi.quid tenen- dum.teneo pmā sñiam Bart.ꝛ sequaciū per superius adducta quā etiā al's sum sequutꝰ.nec obst.fundamentū tenentiū contra rium.pcipue.d.Alex.ꝙ talis sñia dicat lata contra ius litigato ris:ergo valet lꝫ ita ferri nō debuerit:qꝛ dico ꝙ imo est lata con tra ius legis ex quo est incerta ꝛ lata sub conditiōe incerta rela- ta ad futuras pbationes que non possunt fieri post sñiam latā: imo nec post cōclusionē in causa.l.pemptoris.C.senten.rescin. nō pos.ꝛ.c.pastoralis.de excep.nec possunt tales probatiōes ve rificari incōtinēti post sñiam latā:ergo sñia est nulla.d.l.cum iu

32 dex.cum gl.¶ † Circa cautelā Bar.p iudicibus imperitis vel assessoribus qui habēt breuē terminū ad iudicandū ꝙ cōdēnēt reum si est pbatum al's eū absoluant.ꝛ ita etiā tenent alij hic: et Bal.in.c.qđ ad cōsultationē.in.iiij.col.extra eo.ꝛ in addi.Spe. in tit.de sen.pla.in.iiij.col.ꝛ notabiliter in.d.l.cum iudex.C.de sent.ꝛ in.l.peremptorias.in.v.col.C.sen.rescin.nō pos.ꝛ in.l.ab eo.in vlt.col.C.quomo.ꝛ quan.iud.Ang.in.l.nō quēadmodū. ff.de iud.ꝛ in.l.iudex.posteaꝙ.j.e.ista cautela esset vtilis ad eua dēdum decretum ducale disponens ꝙ iudex teneat pronūtiare diffinitiue infra quadraginta dies sub pena centum aureorū.sed aduerte qꝛ Bal.in.l.si de meis.al's incipit idē pōpo.§.ex cōpro- misso.ff.de arbi.notat ex illo tex.ꝙ iudex excusat ꝛ sīr arbiter a pnūtiādo qñ nō liqt eis de meritis cause,nec tūc arctat p termi- nū statuti vel pacti ad aliquā penā si nō pnuntient.facit qđ not. idem Bal.in.l.si ideo.per illum tex.C.de his quib.vt indig.di- cit excusari iudices si nō potuerūt ferre sententiā infra tps statu ti.prout etiam dicit tenere Cy.in.l.j.C.qui accusa.non pos.vbi

33 etiam per Bal.in antepe.col.¶ † Aliā notabilem cautelam tra dit Jnno.in.c.j.de confir.vti.vel inuti.quam sequuntur Angel. Jmo.Raph.cuma.ꝛ.d.Alex.hic,quod iudex absoluat reū con uētum non diffinitiue sed ab obseruatione iudicij adiecta cau- sa qꝛ sibi non liquet de causa.l.properādum.§.sin autē ex gestis. ꝛ.§.siquidem.ꝛ ibi Bar.in.iij.oppo.ff.de iudi.ꝛ ibi Bar.decla rat quomodo nō possit liquere de causa.ꝛ idem Bar.in.l.admo

idem dispone ...

nendi.in.iij.col.ff.de iurein.⁊ in.l.si de meis.§.fi.ff.de arbitris.⁊
ista cautela est magis in cōmuni obseruantia/lz oēs sequant istā
cautelā.cōtra eam adduco illud qd no. Bar.in.l.dicere. per illū
tex.ff.de arbi.⁊ in.l.generali.per illū tex.not.C.de decur.lib.x.in
quibus locis no. Bar.q iudices vel arbitri seu arbitratores qui
debent ex forma statutorum terminare causas infra tres menses
sub certa pena certe si absoluūt partes ab instantia iudicij:⁊ita vt
quilibet remanet in suo statu nō satisfaciunt statuto nec euadūt
penam statuti,q lz per absolutionem ab obseruatiōe iudicij in
stātia rescindatur tamē nō diffinit cā nec terminat diffinitiue vt
vult statutū:⁊ ita etiā tenet Bal.in.l.iusiurādum ⁊ ad pecunias.
§.fi.vbi limitat.ff.de iureiur.d.Alex.s.in rubri.in.iij.col.⁊ in cō
sil.l.ij.volu.incip.visis actis cause.in.ij.col.Lud.ro.in.l.j.ad fin.
34 s.e.†Tertio querit Bar.si iudex in sententia dicat cōdemno si
est probatum ⁊ pro parte sit probatum pro parte nō:tenet quod
nihil valet sñia ex quo non reperitur sup toto pronūtiatū ⁊ ideo
debet addere ⁊ in eo qd nō est pbatū absoluo/si aūt iudex in sen
tentia diceret condēno si est pbatū ⁊ si nō est pbatū absoluo ⁊ re
peritur pro parte probatū ⁊ pro parte nō:tunc valet sñia q intel
ligitur si.i.quatenus sit probatum.l.stichum qui meus erit.ff.de
leg.j.cū Bar.tenēt alij hic/⁊ Bal.in.c.qd ad cōsultationē.in.iij.
col.extra eo.limitat cōclusionē Bar.pcedere in sñia lata sup pn
cipali:secus si sit lata super accessorijs puta super expēsis:tūc va
lebit lz non reperiat super toto pronūtiatū sm Bal.⁊ Sali.in.l.
iij.C.de sentē.q sine cer.quanti.per tex.in.l.si.C.qñ prouo.nō est
neces.in verb.lz minꝰ cōdēnauit q debuerat:⁊ loquit in sumpti
bus litis.refert ⁊ simpliciter sequit Raph.cu.hic in fi/sed Imo.
⁊.d.Alex.hic tenent contrarium ⁊ respōdent ad.d.l.fi.altero de
quatuor modis:vt hic per eos ⁊ pro certo tex.in illa.l.fi.non bñ
probat quin cōdēnauerit in totū in expensis:lz in minus condē
nauerit q actor petijsset vl forte pbasset/subdit successiue Bar.
35 q predicta cōditio † si est probatuz intelligit de legitima probа
tione per.l.hec cōditio filie mee.in prin.ff.de cōdi.⁊ demon.vbi
in simili illa conditio si nupserit intelligit de legitimis nuptijs.
melius in specie facit tex.in.l.luciꝰ.vbi est melior text.de iure.ff.
eo.de condi.⁊ demō.⁊ ideo si esset probatum solū per vnū testez
reus censeretur absolutus:patet q propter inopiā probationis
deuenitur ad iuramentū in supplemētū probationis.l.admonē
di.de iureiur.⁊ in.l.in bonefidei.C.de reb.credi.c.fi.de iureiur.⁊
cum Bar.trāseunt alij hic.idē tenent Bal.⁊ Sal.in.d.l.iij.C.de
sentē.que si.cer.quanti.⁊ Bal.in.d.c.qd ad consultationē.in.iij.
col.confirmatur q ista conditio si probatuz est debet impleri in
forma specifica:⁊ sic proprie ⁊ stricte.l.q heredi.⁊.l.meuius.ff.de
condi.⁊ demon.ergo in vera ⁊ propria probatiōe.d.l.lucius.itē
intelligitur de plena probatione ⁊ non de semiplena.iuxta glo.
in cle.constitutionem.in verb.fides.de elec.Hemi.in.c.in ver.si.
36 eo.ti.de elec.in.vj.†imo fortius qñ fit mentio de probatiōe sub
conditione non potest deferri iuramentū in supplementū proba
tionis sm Bal.⁊ Salic.in.d.l.in bonefidei.C.de reb.credi.dixi i
d.l.admonendi.q iuramentum in supplemētū nō est probatio
sed quasi probatio seu loco pbationis.vt est gl.not.in.c.si quis
feudum.in verb.absoluendus.⁊ ibi Bar.eam not.⁊ reputat eaz
menti tenendā si de inuesti.inter do.⁊ vas.lis oriatur.Bal.in.c.
sacramentū.in prin.de consue.recti feudi.⁊ latius in.c.j.§.connē
ticulas.de pac.iur.fir.¶ Ultimo an ⁊ qñ valeat sentētia incerta
distinguit Bar.vt hic per eum:⁊ pleniꝰ idē Bar.in.l.ij.C.de sen
37 ten.que sine cer.quāti.† Adde in primo membro inquātū tenet
q in iudicijs vniuersalibus ⁊ generalibus valet sententia incer-
ta que postea in executione certificabitur coram iudice qui habe
bit exequi.idem glo.⁊ Bar.in.d.l.ij.C.de sen.que sine cer.quāti.
⁊ glo.in.l.j.in prin.in gl.magna.ff.de eden.⁊ ibi Bal.Ang.Ra-
pha.Fulg.⁊.d.Alex.ibi reprehendunt Bar.ibidē sibi contrariū
qui constituit differētiam inter iudicia generalia et vniuersalia,
et vult q in iudicijs generalibus debeant fieri probationes spe-
cifice qualitate ⁊ quātitate rerū administratarū vt possit postea
ferri sententia certa:lz secus sit in vniuersalibꝰ.⁊ ita etiam tenēt
Spe.in tit.de acti.⁊ peti.§.sequit.in versi.differt aūt.d.Ant.de
but.in.c.ij.de libel.obla/sed illa differentia cōmuniter reprehen
ditur.q videt eadem ratio in vtroq.prout tenet Bar.met hic.
⁊ ita etiam reprehendit.d.Alex.hic.⁊ in consi.clxxvj.ij.volu.qd
incip.i causa ⁊ lite vertēte inter.A.in.ij.col.⁊ ita etiā tenet Bal.
in repetitione perusina.l.edita.C.de eden.in.xvij.col.in ver.sed
nūquid.idem in actione generali.et ibidem Sal.¶ Ultra Bar.
38 ⁊ scribentes adde alium casum † quando esset incertitudo tem-
poris,q iudex in sententia diceret deporto vel bannio titiuz ad
tempus ⁊ non dixit ad quantū tempus non vitiaretur sententia
q dicēdo simpliciter ad tempus intelligitur relegasse ad decen-
nium:sic tempus declarat per legē.tex.est valde singularis in.l.
sine profinito.ff.de penis.⁊ ibi dicit Bar.quod ille est notabilis
⁊ singularis tex.⁊ qd forte non reperies sibi cōcordantē ⁊ idē qd
ille tex.non sit alibi iure:dicit alibi Bald.in.l.j.post prin.C.de
postu.⁊ in.c.j.de transla.prela.⁊ in.c.ex literis.in.vj.col.de cōsti.
⁊ ibidē.d.Ant.de but.Jo.de imo.⁊ Hemi.⁊ ibidē Bal.assignat
39 rationem illius tex.q † decēnium intra breue tps ⁊ longissimuz
tenet mediuz,vt nec intelligatur de momēto nec etiā de infinito
q extremitates sunt euitande ⁊ media via eligenda:eandē ratio
nem ad illū tex.assignat idē Bal.in.l.muneribꝰ.C.de decur.lib.
x.⁊ per illum tex.infert signāter Bal.in.d.c.ex literis.in.vij.col.
qd si apparet instrumentū feudi vel emphyteosis sub hoc termi-
40 no ad tempus intelligeretur ad decēniuz qd valde not.† Alibi
tñ habes q tempus absolute positū ponitur pro anno ⁊ tempꝰ
in plurali numero pro biennio:⁊ dimidiū temporis pro sex men
sibus.l.vsure.cum glo.⁊ ibi Bal.ita not.C.de vsuris/itē limita do-
ctrinā Bar.procedere in principali:secus in accessorijs:vt in fru
ctibus in dānis in interesse ⁊ in expensis.vñ valet condēnatio ex
pensarum incerta etiā sine reseruatione taxationis si iudex sim-
pliciter dicat/cōdemno titiū in expēsis sine alia taxatiōe ⁊ sine re
seruatione taxatiōis valet ⁊ tenet.ita singulariter tenet Bar.in
l.terminato.in.i.q.C.de fructi.⁊ lit.expen.q̄uis dicat cōmunem
esse practicam q iudex reseruet sibi taxationē illarū expēsarum.
⁊ ibi Bal.tenet generaliter idē esse in oībus accessorijs sed aliter
tenet.d.Abb.i.c.j.in.vij.col.ad fi.⁊ seq.de sequest.pos.⁊ fructuū.
de quo etiā vide Bal.in addi.Specu.in ti.de sen.prolat.in.xiij.
col.per Ang.in.l.si homo.j.eo.Inno.⁊ alios.in.c.finem litibus
de dolo ⁊ contumacia.

1 ☞ Miles armate militie habet priuilegium vt condemnatus
simpliciter vel etiam insolidum non exigatur vltra q facere pos
sit cui miles non posset renuntiare.
2 Relatiuum qui:positum sine copula stat restrictiue.
3 Que dicuntur in militibus armate militie nō habēt locū in mili
tibus nostri temporis auratis qui non sunt bellatores.
4 Sicut milites bellatores de iure torqueri non possunt etiā prece
dentibus legitimis indicijs ita nec milites aurati.
5 Non valet statutum vel consuetudo in contrariuz quod milites
possint torqueri.
6 Doctores ⁊ aduocati gaudent priuilegijs militum.⁊ nu.9.
7 Miles an habeat priuilegium huius legis quando contraxit do
mi vel vagando.
8 Ualidum est argu.de vltimis voluntatibus ad contractus.
9 Miles missus ignominiose a malitia perdit priuilegium.
10 Milites etiā nostri temporis ⁊ doctores ⁊ aduocati nō possunt
capi pro debito ciuili.
11 Priuilegium nostri tex.habet locum etiam in milite celestis mi
litie ⁊ in clerico.
12 De iure canonico clerici cedunt bonis sicut laici,⁊ eorū bona in
solutum capiuntur nisi opponant exceptionem qd non teneātur
vltra q facere possunt
13 In clerico non presumitur ignorātia iuris nec excusatur ppter
iuris ignorantiam
14 In exorbitantibus licita est extēsio de milite armate militie ad
celestem.
15 Sicut miles non potest donare aut in testamēto relinquere cōcu
cubine vel meretrici ⁊ si donat vel relinquat nihil valet:idem est
in aduocato ⁊ in quolibet clerico ⁊ doctore.
16 Priuatus pōt donare ⁊ legare concubine ⁊ meretrici ⁊ cuicunq
mulieri in qua turpis sit suspicio ⁊ etiam instituere heredem.
17 Meretrix ⁊ quelibet mulier impudica habet testamēti factionē
actiuam ⁊ passiuam.
18 Dictio nec:est implicatiua.
19 In militibus maior honestas requiritur.

Miles. Contra militē armate militie non fit exe
cutio iudicati vltra q facere possit.h.d.
1 ¶ † Nota pmo ex isto tex.q miles armate militie hz
priuilegium vt condēnatus simpliciter vel etiā insoli
dum nō exigat vltra q facere possit/⁊ lz Bart.in suo summario
appellet istud beneficium:⁊ etiā in.iij.q.tñ nō est pprie beneficiū
in spē sed potius priuilegiū:put tenet ipse Bar.melius quā hic:
in.l.j.in vl.col.in pe.q.C.de iur.⁊ fac.igno.q priuilegiū pprie di
citur priuans legē.iij.dist.in.c.priuilegia.⁊ als plene examinaui
in.l.fi.ff.de consti.prin.⁊ Bar.met hic.in.j.q.postea appellat pri
uilegiū:⁊ ita etiam appellat glo.j.hic.Adde qd huic priuilegio
non posset miles renuntiare:eo q est inductū nō ratione obliga
tionis vel contractus sed est indultū ratione persone.ita et alibi
examinat ⁊ cōcludit.d.Alex.in.l.alia.§.eleganter.in penul.col.
ff.solu.mat.allegat Jo.an.i.c.odoardꝰ.de solu.et quosdā alios
doc.antiquos ibi per eum relatos/item pōdera q iste tex.loqui
tur solum in milite armate militie cū dicat miles qui sub arma-
2 ta † illud relatiuum qui positum sine copula stat restrictiue.l.ea
tamē adiectio.ff.de leg.iij.Bar.in.l.omnes populi.in.j.col.ff.de
iusti.⁊ iur.in.l.cūctos populos.in.j.co.⁊ vtrobiq dixi.C.de sac.
san.eccle.

san.eccles.ex quo sequit̃ q̃ iste tex. non habet locũ in militib⁹ no-
stri temporis auratis qui nõ sunt bellatores nec vacant armis:
3 sed tota die stãt in plateis. ⁊ ita tenet Raph.cu.hic.facit, q̃r † ge-
neraliter in omni materia ea que dicũt̃ in militibus armate mi-
litie nõ habẽt locũ in militib⁹ nostri temporis auratis qui non
sunt bellatores ẽm Cy. ⁊ alios in.l.j.in.vj.q.C.de iur. ⁊ fac.igno.
⁊ late.d.Alex.alios oẽs cumulate refert in.l.cẽturio.in.viij.col.
4 et seq.ff.de vulg. ⁊ pup.† nisi in vno casu, q̃r sicut milites bellato
res de iure torqueri nõ possunt etiã p̃cedentibus legitimis indi
cijs.l.milites.C.de questi. ⁊.l.desertorem.§.j.in verb.nec torquẽ
tur.ff.de re milita.ita nec milites aurati nostri tẽporis:eo q̃r ra-
tio istius priuilegij nõ fuit exercitiũ militare sed quedaz digni-
tas vel nobilitas s3 Cy.in.l.diuo marco.C.de questio.ita in spe
cie tenet expresse Sal.in.l.j.in vlt.col.C.de iur. ⁊ fac.igno. ⁊ do.
Alex.in.d.l.cẽturio.in.ix.col.idẽ etiã tenuit Bar.in.d.l.miles.
C.de questio.vbi dicit se al's dixisse de facto, q̃dã fuerat potestas
qui erat miles auratus ⁊ de quibusdã delictis erãt indicia c̃tra
eum:syndici deputati ad eque syndicãdũ volebant eum torque
re.dicit Bar.se dixisse q̃ de iure nõ poterat p illũ tex.imo fori⁹
5 ⁊ singulari⁹ † nõ valet cõsuetudo vel statutũ in cõtrariũ q̃ mili-
tes possint torqueri.ita singu.no.Bar.in.l.oẽs iudices.per illũ
tex.C.de decur.lib.x. ¶ Secũdo p istũ tex.inductum:vt.s.vide
inferri q̃ iste tex.nõ habeat locũ in militib⁹ legalib⁹.et sic in do
6 ctoribus vel aduocatis.† Contrariũ tñ tenet gl.hic:vbi dicetur.
¶ Gl.j.in verb.armata.ista gl.ponit duas limitatiões ad istum
7 tex. Prima q̃ † miles h3 p̃uilegiũ huius.l.qñ contraxit existẽs
in castris:secus si cõtraxit domi aut vagãdo per tex.in.§.j.istit.
8 de milit.testa. Adde q̃d ille.§.p̃mus põt forti⁹ induci:† arguen
do de vltimis volũtatibus ad cõtractus q̃d argumentũ est vali-
dũ.l.seruũ.filij.§.eũ qui chirographũ. ⁊.l.que de legato.ff.de le.
j.s3 miles in testãdo non gaudet priuilegijs militũ nisi testũ fa
ciat in castris in expeditione militari occupatus:vt dicit tex.ibi:
ergo idẽ in p̃posito in cõtractu nõ debet habere istud p̃uilegiũ
nisi cõtrahat in castris.istã limitationẽ expresse sequit̃ Bar.hic:
sed eã impugnãt ⁊ bene Rapha.cu. ⁊ latius.d.Pe.de bexu.hic,
q̃r s3 Raph.nõ est curandũ an milites cõtraxerint in castris an
alibi ⁊ an tempore cõdẽnationis essent in castris vel alibi:et sic
in armis vel nõ:nihil tñ in specie allegat: ⁊ mihi placet per istũ
tex.qui generaliter loquit̃ nec ei est aliqua lex p̃pter q̃d debeat sic
restringi.itẽ si iste tex.restringeret̃ vt solũ p̃cedat qñ miles con-
traxit in castris nõ bene extẽderet̃ ad aduocatũ ⁊ clericum p̃ut
gl.sequẽs ⁊ doct.cõiter tenẽt:q̃r nõ caderet qualitas terminorũ.
nec ob.tex.in.d.§.j.insti.de mili.testa.allegatus p gl.q̃r ille text.
in vno facit contra gl.dũ dicit q̃ filius fa.miles etiam domi.eius
retinet p̃uilegium testandi:nec obstat illud q̃ ibi dicit̃ q̃ miles
domi existẽs nõ põt testari sine solẽnitate testiũ ⁊ sic iuris cõis:
q̃r respõdeo q̃ alia ratio reformat pactũ, p̃ut dicit tex.in.l.iter-
positas.C.de trãsac.nã domi existẽs nõ põt habere copiam testiũ
quã nõ põt habere i procinctu armorũ.l.milites.C.de testa.mil.
sed in casu nostro miles habet p̃uilegiũ non ex eo q̃r sit actuali-
ter in armis ⁊ sic in actu bellãdi:sed q̃r est miles stipendiatus ar
9 mate militie.vt dicit tex.† Secũda fallẽtia glo.est plana, q̃ iste
tex.nõ p̃cedit in milite misso a militia ignominiose q̃r lusit ar-
ma argumento.l.testamẽta eorum.ff.de testa.mili.alleg.in glos.
¶ Glo.in verb.facere potest:diuidit̃ in tres partes. In p̃ma de
clarãdo tex.respondet tacite questioni, ⁊ bene. In secunda extẽ
dit istũ tex.ad aduocatos per tria fundamẽta. In tertia querit
q̃d in militibus celestis militie. In quarta allegat vna p̃cordan
tiã ad tex.scda ibi:idẽ in patrono.tertia ibi, q̃d in milite celestis
militie.quarta ⁊ vltima est ibi: ⁊ facit.C.de execu.rei iud. ¶ In
scda parte glo.habes extensionẽ ad istũ tex.q̃ priuilegiũ huius
legis habeat locũ etiã in militibus legalis militie ⁊ sic i aduoca
tis. ⁊ tex.alibi appellat literatã militiã.in.l.proximos.C.de p̃xi.
sacro.scrin.lib.xij.istam gl.tenẽt Bar. ⁊ cõiter alij.solus Albe.
tenet cõtrariũ, dicens magnũ verbũ ad practicã.q̃d istud de ad-
uocato nõ seruaret̃ de facto:q̃r tex.solũ loquit̃ de milite armate
militie. breuiter tene cũ ista gl.cõiter approbata, q̃ p̃uilegia cõ
cessa militibus armate militie extẽdunt̃ ad milites legalis mili-
tie ⁊ sic ad aduocatos.vt est no.gl.in.l.j.§.est ⁊ alius.in vb.cepe
rit.ff.si quis a paren.fue.ma. ⁊ ibi Bar.nisi sint priuilegia p̃ces-
sa militib⁹ p̃pter p̃sumptã ignorantiã iuris.que non cadit in
aduocatis.l.ij.§.serui⁹ aũt sulpici⁹.ff.de origi.iuris. ⁊.l.p̃fessio.
C.de mune.patrimo.lib.x. ⁊ istã extensionẽ etiã tenet Cy. ⁊ Sa
lice.in.l.j.s.de iur. ⁊ fac.igno. ⁊ d.Alex.hic:ideo sicut milites de
iure torqueri nõ possunt etiã p̃cedẽtibus legitimis indicijs:vt
dixi.s.in tex.adeni in aduocato ẽm Cy.in.l.milites.C.de q̃stio.
Bar.in.l.j.p illũ tex.C.de aduo.diuer.indi.Raph.Fulg.in cõs.
10 xxi.incip.in cã inq̃sitiõis formate.ad fi.† Itẽ sicut milites nõ
possunt p̃sonaliter capi pro debito ciuili.s3 Bal.in.l.ad fi.C.q̃
bo.cede.pos.tenet hoc etiã p̃cedere in militibus nostri tẽporis
codẽ modo aduocatus vel doctor nõ põt p debito p̃uato capi,
vt est tex.in.l.mediços.C.de p̃fes. ⁊ medi.lib.x.no.Bar.in.l.li
bert⁹.ff.de i ins voc. ¶ In.iij.parte gl.ibi, respõdeo i.idẽ multo-
11 magis, habes scdm extensionẽ † q̃ p̃uilegiũ hui⁹.l.habeat etiã
locũ in milite celestis militie: sic i clerico multo magis, ⁊ sic cle
ric⁹ condẽnatus habet priuilegiũ:vt nõ possit exigi vltra q̃ fa-
cere possit deducto ne egeat.cũ ista gl.trãseũt Ricar.malũ.bar.
⁊ magis cõiter alij. ⁊ dicit Ang.q̃ ista opi.est equa, q̃r nõ dz da
ri occasio vt clerici auocent̃ a diuinis. adde q̃ idẽ tz.d.Alb.in.c.
j.de cleri.egro.Pe.de anch. ⁊ Ioan.de imo.i.c.odoar.de soln.
Io.de imo.in.l.si vero.§.de viro.ff.sol.ma.cõtrariũ tenẽt Oldr.
landẽ.Albe.de ro. ⁊ Pau.de ca.hic. ⁊ dicit Pau.de ca.se crede
re q̃ ista gl.nõ seruaret̃ de fctõ:q̃r ẽt canones in clericis vidẽt̃ vel
12 le contrariũ cũ etiã de iure cano.† cedãt bonis sicut ⁊ laici, ⁊ eoz
bona insolidũ capiunt̃:vt in.d.c.odoardus. ⁊ in.c.p̃uenit.de fi-
deius.q̃d nõ esset si haberẽt istud p̃uilegiũ ne possint exigi vltra
q̃ facere possunt:sed ad.d.c.odoar.respõdẽt Ray.Ang.Imol.
Raph.cu. ⁊ d.Alex.hic. ⁊ Io.de imo.in.d.l.si vero.§.de viro.
q̃d ibi istud priuilegiũ nõ fuit oppositũ q̃ clericus nõ teneret̃ vl
tra q̃ facere possit, iõ op⁹ fuit cessiõe bonorũ sed certe istud non
13 est verisimile q̃ nõ opposuerit † cũ in clerico nõ p̃sumat̃ igno-
rãtia iuris nec excuset̃ p̃pter iuris ignorantiã:vt est glos.in.l.re-
petita.in verb.peritos.C.de epi. ⁊ cle. Alio modo, ⁊ meli⁹ respõ-
dẽt.d.Pe.de bexu.hic. ⁊ Pe.de anch. ⁊ Imo.in.d.c.odoard⁹,
q̃d imo ille tex.facit p opi.glo. ⁊ Bar.q̃r tex.ibi nõ facit mentio
nem de cessiõe bonorũ ⁊ reprehẽdit̃ ibi index.qui excõicauit cle
ricum impotentẽ ad soluẽdum ⁊ mãdat̃ q̃ dictã excõicationem
reuocet.tene cũ ista gl.cui addo aliã glo.in.c.studeat.in glo.fi.l.
distin.idẽ tenẽt Io.de imo. ⁊ Gemi.in.c.si p̃pter tua debita.in.j.
not.de rescrip.in.vj. ⁊ in.c.si tibi cõcesso.de prebend.in.vj.l3 illi
duo tex.videant̃ p̃bare contrariũ q̃ imo clericus teneat̃ soluere
sua debita non habita ratione ne egeat:sed respõde ẽm Gemi.i
d.c.si p̃pter tua debita.q̃ ibi illud disponitur nõ ex necessitate,
sed potius p̃pter honestatem ne ecclesia dehonestet̃ apd vulga
res si debita sua non solueret:nec ibi dicit̃ q̃ nõ sit habẽda ratio
ne egat ⁊ q̃d clerici non gaudeant isto priuilegio vt non possint
14 exigi vltra q̃ facere possint.† Confirmat̃ q̃r in exorbitãtibus li-
cita est extẽsio de milite armate militie ad militeꝫ celestis.vt est
gl.nõt.in.l.stipendia.C.de execu.rei iudi. ⁊ in gl.in.l.si vt propo
nis.C.de rei vẽ. ⁊ est tex.in.c.degradatio.§.j. ⁊ ibi Gemi.ad hoc
notat de penis.in.vj. Vltimo dicit Bar.istã gl.esse signandam
et tenendã mẽti dũ equiparat istas tres militias.s.armate mili-
tie, legalis, ⁊ celestis.nam facit ad questionẽ disputatam per Ri
15 car.malũ.† quod sicut miles nõ potest donare aut in testamẽto
relinquere concubine, vel meretrici, aut focarie, ⁊ si donet vl' re-
linquat nihil valet.vt.l.ij.C.de dona.inter vi. ⁊ vx. ⁊.l.miles ita.
§.mulier.ff.de testa.mil.idẽ fit i clerico ⁊ in aduocato.l3 alud sit
in alio p̃uato.l.affectionis.ff.de doñ. ⁊ idem in clerico quod nõ
possit donare vel relinquere cõcubine aut meretrici:tenet Bar.
in.d.affectionis.vbi istud generaliter intelligit in quolibet cle-
rico. ⁊ Bar.in.d.l.ij.C.de dona.inter vi. ⁊ vxo. ⁊ in.l.mulierez.ff.
de his quib.vt indig. ⁊ in.l.miles ita.§.mulier. Ioã.andr.in re-
gula sine culpa in.vj.col.in mercurialibus.de reg.iur.in.vj. ⁊ in
c.de his.in vlt.col.de sepul.do.Alb.in.c.j.de clerico egro.Ang.
in consi.clxxi.incip.super pũcto predicto. ⁊ quod idem etiaꝫ sit
in aduocato ⁊ doctore:tenet etiam Ioã.andre.in.d.c.de his.de
16 sepultu.† in priuato autem planum esse videtur quod possit do
nare ⁊ legare proprie cõcubine ⁊ meretrici ⁊ alij mulieri in qua
turpis sit suspicio.per.d.l.affectionis.ff.de dona. ⁊ in legato est
expressum in.l.qui concubinam. ⁊ in.l.item legato.§.parui.ff.de
leg.iij. ⁊ ita tenent glo.Bar.Bal.et alij in.d.l.miles.ita.§.mu-
lier.Ludo.roma.in consil.xliij.quod incipit ad primum quesi-
tum breuiter dicendum est.Franciscus in quarto dubio.per ista
al's consului in ciuitate Ferrarie in quodam testatore mutinen-
si quod potuit instituere heredem vniuersalem mulierem impu
dicam in honeste vite quam longo tempore in eius cõtubernio
tenuit. ⁊ vltra predicta adducebã alium tex.in.§.j.in verb.a quo
dam coniuncto.in aut.quib.mod.nat.effi.legi.colla.vi.quẽ tex.
ibi no.Ang. ⁊ dicit esse casum expressum quod cõiunctus potest
in testamẽto relinquere meretrici sibi cõiuncte omnia bona sua.
17 Secundo confirmabam † q̃r etiã meretrix ⁊ quelibet mulier im
pudica habet testamenti factionẽ actiuã ⁊ sic põt facere testamẽ
tũ, s3 Bal.in.l.i.C.de condi.ob tur.cau. ⁊ in.c.cũ decorẽ.de vita
⁊ honest.cleri.ergo fortius debet habere testamẽti factionẽ passi
uaꝫ, ⁊ sic debet posse heres vniuersaliter institui.§.testamẽti aũt
factioneꝫ.insti.de here.quali. ⁊ diffe. Tertio q̃r certe sunt p̃sone
p̃hibite heredes instituí enumerate per gl.magistra.in.§.legari
instit.de leg.inter quas non reperitur enumerata mulier impu-
dica vel inhoneste vite. in cõtrarium tamẽ fortiter stringit text.
in.d.l.miles ita.§.mulier.qui dicit mulier in qua turpis suspicio

18 cadere pōt † nec ex testō militis aliqd capere pōt illa dictio nec
que est implicatiua. l. sacra. loca. §. pe. cū gl. ff. de re. diui. ⁊ l. nec
auus. cū gl. C. de emāci. lib. ⁊ l. nec nos. cū gl. C. de capt. ergo im
plica ꝙ nec ex testō militis nec alteri⁹ cuiuscūq̄ possit talꝫ mulier
capere. respōde ꝙ ille tex. debet intelligi in mulieribus impudi
cis cū quibus cōmittit adulterium incestū vel stuprū: ⁊ sic eorū
coitus est a lege ciuili prohibit⁹. ⁊ iste nec ex testō pagani nec ex
testamēto militis possunt aliquid habere. ita procedit ille tex. se
cus est in aliis mulierib⁹ impudicis vt in meretricib⁹ cōcubinis
⁊ similib⁹ quorū coitus nō est ꝓhibitus a lege ciuili q̄a priua-
tis ꝑsonis pōt eis relinqui in vltima volūtate ⁊ inter viuos, sed
19 nō a militib⁹ ꝑ iura alleg. † q̄ in militibus maior honestas req-
ritur ꝙ̄ in aliis ꝑsonis priuatis, ſm Bald. ⁊ Ange. in d. l. miles
ita. §. j. itē q̄ fauore publico per leges specialiter fuit interdictū
militib⁹ ne mulieribus impudicis possint relinquere: ne per eas
ꝓprijs bonis expolient: secus in priuatis personis. ⁊ ita illā im-
plicatiuā nec intelligit notabiliter: ⁊ declarat Raph. cu. ibi, idē
etiā tenet Bal. in cōsi. cccclvij. v. partis: incip. ad euidētiam pre-
mitto ꝙ cōcubinatus. vbi omnino videas: ⁊ ita videt necessario
intelligēdus ille tex. ꝑpter alia iura superi⁹ allegata ⁊ ista est tu-
tior respōsio ꝙ̄ itelligere qḋ nec ex testō nec ex donatiōe iter vi-
uos nec cā mortis nec alio tit. possint capere cū tex. dicat ꝙ nec
ex testamento militis: ergo nec ex testamento alterius.

1 ☞ Sentētia intelligit ſm naturā cause seu obligationis ṗme
super qua est lata, siue sniā ferat simplr siue alternatiue. ⁊ nu. 4.
2 Uerbum respiciēs plura determinabilia, debet ea determinare
prout nature vniuscuiusq̄ conuenit.
3 Quando duo vocabula tendūt ad determinationē eiusdē v̄bi,
debent intelligi vt pariformiter determinent.
4 Una determinatio respiciens plura determinabilia debet illa
equaliter determinare.
5 Que dr̄ia sit inter stipulationē alternatiuā ⁊ sniāꝫ alternatiuā.
6 Sententie ⁊ stipulationes equiparantur.
7 Sententia sicut iudicium confertur in inuitum.
8 In stipul. alternatiua vtrūq̄ est i oblōne tm̄ electio est debitoris.
9 In snia alternatiua si seruus moreret infra tempus iudicati in-
dultum ad soluēdum sine culpa ⁊ mora domini, dn̄s liberabitur
etiam ab obligatione quantitatis.
10 Stipulatio cōuentionalis intelligit ſm formā verborū ⁊ nō ſm
naturam actionis noxalis super qua interponitur.
11 Qualiter intelligat regula ꝙ stipulatio interposita sup aliquo
actu vel in aliquo actu intelligatur ſm naturā illius actus super
quo interponitur.

Decem. Qn̄ vnū est in obligatione ⁊ aliud in solutiōe
illud solū peti pōt qḋ est in obligatione, sed in
obligatione alternatiua vtrūq̄ peti debet. h. d. ſm Bar. Ang. ⁊
Imo (vel sic ꝓprius ad corticē verborū ex mēte Pau. de ca. si de
bitum noxaliter in sniam deducat quantitas est in obligatione
sicut in pria actiōe ⁊ noxe deditio est in solōne: iō nō pōt agi nec
peti executio nisi qn̄titatis: si aūt in stipulatiōe vtrūq̄ deducat
vtrūq̄ est alternatiue petendū. h. d. Uel sic ⁊ notabili⁹ ſꝫ Raph.
cu. snia itelligitur ſꝫ naturā cause: stipulatio v̄o ſꝫ formā v̄bor.
h. d. notabiliter. ⁊ dicit Raph. cu. ꝙ nō meminit vidisse meliorē
tex. in corpore iuris quā sit iste, ꝙuis ad hoc nō soleat cōiter alle
gari. diuidit magistraliter in tres partes, In ṗma ponit dictuꝫ
in sentētia noxali alternatiua cū eius ratione. In secūda ponit
dictū ꝯriuꝫ in stipalatione noxali alternatiua. In tertia assigna
tur notabilis ratio diuersitatis inter istos duos casus ꝯtrarios
vsq̄ ad fi. quā rationē diuersitatis breui⁹ declarat Bart. hic: in
j. q. secūda ibi: sed is qui stipulat⁹ est decē. tertia ⁊ vltima est ibi:
q̄ in stipulatione singule partes. ⁊ iste. §. est fundamētalis ⁊ no
1 tabilis ad multa que statim. j. subdcia. ¶ † Nota ṗmo ex isto ꝙ
snia intelligitur ſꝫ naturam cause seu obligationis prime super
que est lata, siue snia ferat simpliciter seu etiā alternatiue. ita est
tex. solēnis hic cōtra istud oppo. Bar. de. l. paul⁹. ii. j. eo. ⁊ l. j. C.
si plures vna snia. vbi verba snie non intelligunt ſm naturā cau
se ⁊ sic obligationis deducte in iudiciū: sed ſꝫ significationē ver
borū snie. nā ibi egi contra duos vel plures obligatos insolidū
iudex eos simpliciter cōdēnauit: nō censet quēlibet insolidū cō-
dēnasse prout erat eorū obligatio: sed in viriles, ⁊ sic quēlibet ꝓ
parte ꝓut verba snie importāt. l. reos. §. cū in tabulis. ff. de duo.
reis. ⁊ sic snia videt ꝑficere cōdēnatis: qḋ videt esse contra regu.
l. euidēter. ff. de excep. rei iudi. de qua gl. ibi oppo. ⁊ Bar. tangit
huic oppositioni respōdet Bar. hic aliqualiter obscure, ⁊ ſꝫ do.
Alex. teutonice loquit. ꝙ hic lex dispōit circa offm̄ iudicis sen
tentiātis: ⁊ tūc verba snie intelligunt ſm dispositionē legis ⁊ sic
ſꝫ naturā obligationis declarate per legē, vt hic: iūcto tex. istit.
de offi. iudi. in prin. qn̄q̄ lex nō disponit circa formā sentētie: sed
circa ipsam obligationē seu obligationis substantiam concedē
do parti, legis vel ꝑtoris beneficium, vel ipsemet partes dispo-
nūt (de pmo est exemplū. nā lex disponit ꝙ plures fideiussores
vnius tutoris oēs de per se teneant insolidū: vt. l. fi. ff. rem pupi.
sal. fo. vl ipse partes disponūt ꝙ quilibet teneat insolidū, vt i duo-
bus reis debēdi, in quibus partes egerūt ꝙ quilibet teneret iso-
lidum: ⁊ tūc nō itelligit ſꝫ materiā obligatiōis deducte in iudi-
cium: sed ſm ꝓpriaꝫ significationē verborū: ⁊ sic in viriles. ita lo
quitur ꝯtrariū ⁊ reputat Bar. tenendū mētis ⁊ sic vno verbo qn̄
lex dispōnit circa officiū iudicātis: tūc verba snie debent intelli
gi ſm dispositionē legis vt hic: secus qn̄ lex nō disponit circa for
mam iudicandi: sed de ipsa obligatione. vt in cōtrariis. istā sol.
sequūt Ange. Imo. ⁊ d. Alex. hic. ⁊ dicit. d. Alex. qḋ est notabi
lissima solutio. idē etiā dicit Bar. in. l. paulus. ii. j. eo (ista sol. ſm
Raph. cu. ⁊ d. Pe. de bexu. nō est bona: nec quo ad istū tex. nec
quo ad cōtrariū. nā hic lex non disponit circa moduꝫ ⁊ formā
sententiādi nec circa officiū iudicis sentētiantis. vt dicit Bart.
imo ista lex interꝑtat sniam iudicis qui iā iudicauit: qḋ intelli
gat cōdēnasse in decē nō aūt vt det seruū pro noxa, ⁊ sic iurisco
sult⁹ hic interpretat sniam iā latā ſm naturā cause ⁊ sic actiōis
intentate: similr in. l. contraria lex non disponit circa substan-
tiam obligationis: vt dicit Bar. sed interpretatur sententiam
iam latā. nam ibi iurisconsultus fuit interrogatus si plures te-
nebant insolidū ⁊ fuerunt simpliciter cōdemnati: an intelligā-
tur cōdēnati insolidū ſm naturā cause: ⁊ sic obligationis ṗme
an vero pro parte, ⁊ sic in viriles, ibi decidit ꝙ in viriles ſm ꝓ-
priam significatiōem verborū snie (sed tu aduerte qḋ Bar. ĩmet
videt sensisse istā oppositionē, ꝙ hic non videbat lex dispone-
re circa offm̄ iudicis sentētiātis: ideo Bar. cū mysterio dixit (vt
hic iūcto tex. insti. de offi. iudi. in ṗn. vbi lex exꝑsse ⁊ ad literam
dispōit circa offm̄ iudicis, exꝑsse instruēdo qualr iudex debeat
formare sniam in cā noxali: sꝫ in. l. cōtraria lex nihil dispōit cir
ca offm̄ iudicis eū instruēdo sed circa obligatiōeꝫ. Alio secun-
do modo ad principale ꝯrium rn̄det notabiliter Pau. de cast.
hic. qḋ in cōtrario ꝙ qlibet teneret insolidū nō proueniebat ex
natura actiōis ⁊ obligatiōis: sed q̄ ita expresse fuerat actū in-
ter ꝑtes, qḋ si nō fuisset actū, quilibet teneret pro ꝑte tm̄. l. reos.
§. cū in tabulis. ff. de duo. reis. cū ergo i snia hoc nō fuerit actū
cessat rō que erat in ṗma actione ⁊ obligatione: sꝫ hic, ꝙ quan-
titas tm̄ esset in obligatiōe ꝓueniebat ex natura actionis noxa
lis: ideo snia intelligit ſm naturā cause ⁊ sic obligationis (istaꝫ
sol. reprobat. d. Alex. ⁊ dicit Pau. de ca. somniasse: q̄ d. l. pau
lus. pōt gn̄aliter intelligi etiā qn̄ ex dispōne legis plures erant
obligati insolidū absq̄ cōuentiōe vel aliquo pacto partiū: vt
in. l. j. C. de cōdi. ex le. q̄ lex nihil facit, loquit i fisco (Tertio mō
pōt rn̄deri ſm do. Pe. de bexu. ꝙ vtraq̄ decisio tam legis no-
stre ꝙ̄ legis cōtrarie fundat ex regula. l. arrianus. ff. de actio. et
obliga. ⁊ l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. q̄ in fine cause ⁊ sic in
snia fauorabiliores sumus reis ad absoluēdū. nā ibi plures fue
runt cōdēnati insolidū, vn̄ debem⁹ facere interpretatiōem ſm
ꝓpriā significatiōem v̄borū snie, qḋ intelligat cōdēnat⁹ qlibet
pro ꝑte ⁊ sic in viriles, lꝫ antea teneret insolidū, q̄ poterit dice
re nō recedam⁹ a v̄bis snie (hic aūt idē fauor rei condēnati sua
det vt recedamus a ꝓpria significatiōe verborū ⁊ stemus natu-
re actiōis ⁊ obligatiōis, q̄ si staremus significationi verborum
faceremus cōtra naturā obligatiōis ⁊ cōtra fauorē rei condēna
ti: ne ergo snia que est stricti iuris interpretet cōtra naturā ṗme
obligationis ⁊ actiōis ⁊ ꝯtra fauorē rei condēnati interpreta-
mur eā ſm causaꝫ prime obligationis: ita est tex. hic. ¶ Scdo
diligenter no. ex eodē tex. bonā ⁊ vtilē regulā qḋ verbū condē-
natus respiciens duo determinabilia s[...]a decem ⁊ noxā debe
re, nō determinat ea seruata equalitate, sꝫ ſm naturā vniuscu-
iusq̄ determinabilis, nam verbū cōdēno respicit illam decem
iure obligationis, ⁊ illud noxe debere iure facultatis soluēdi:
2 qḋ bn̄ no. Adde ad idē confirmandū † ꝙ v̄bum positum post
plura determinabilia ea debeat determinare ꝓut nature vniuſ-
cuiusq̄ cōuenit. tex. no. in. c. cum dilectus. de cōsuetu. ⁊ ibi do.
Abb. in. ii. col. post Cardi. floren. plurimū cōmēdat illū text. et
dicit qḋ est multū singularis ⁊ nunq̄ tradendus obliuioni ad
interpretationē statutorum. ad idē tex. no. in. c. olim ex literis.
et ibi do. Cardi. flo. ad hoc notat de rescrip. ⁊ idem. d. Car. flor.
3 in. c. ab excōicato. eo. ti. de rescrip. ¶ † Et ſm istā regulaꝫ limi
ta duas alias regulas. vna est, quod quādo duo vocabula ten-
dunt ad determinationē eiusdeꝫ verbi debent intelligi vt pari-
formiter determinēt. vt est text. solēnis ⁊ expressus. in. l. fi. C. de
sen. ⁊ interlo. om. iudi. quē tex. Bar. ibi dicit esse singularē ⁊ se
nescire alibi. eum etiam reputat singu. Bal. in. c. super eo. ii. de
4 appella. ¶ † Scdo limita aliā regulā que habet. quod vna de-
terminatio respiciens plura determinabilia dꝫ illa equaliter de
terminare. l. ꝙ̄uis. ⁊ l. hereditatem. C. de impuber. ⁊ l. nam hoc
iure. in. §. sed si aliter. ff. de vulga. ⁊ pupil. nam ſm Bar. ibi: il-
lud procedit quando potest ea equaliter determinare alias sec*
idem etiam

Verbum respiciens plura duo determinabilia
determinat [illegible] nam vniuscuiusque determinabilis

Idem etiā dicit Pau. de ca. in l. coheredi. §. qui discretas. in iij. not. per illum tex. & ibidem etiā Alex. in. ij. not. ff. de vulg. & pup. Ad predicta accedat qd̄ vult gl. in l. ij. ff. de off. procon. & leg. qd̄ idem verbum relatum ad duo q̄ntum ad vnū stat ꝓprie q̄tuȝ ad aliud stat improprie. ¶ Tertio nota ex tex. q̄ condēnat⁹ ad dā dum decē aut seruū pro noxa: nō pōt cōueniri ad seruū: nec ɔtra eum pōt peti executio pro seruo: qꝛ lȝ seruus ante sniam nō erat in obligatione sed tm̄ in facultate soluēdi tunc post sniam videbatur q̄ esset i obligatiōe & actione: tm̄ cōtrariū decidit iste text. in hoc valde notabilis: qꝛ ista snia intelligit̃ ƀȝ naturā ꝑme obligationis vt tm̄ sit obligat⁹ ad decē: noxe deditio sit in facultate soluēdi: & ista facultas soluēdi fuit ꝓ noxa: qꝛ ɔpetit ex leg̃ dispositione, durat vsq̄ ad lit. cōte. factā sup actione iudicati: & sic sup executione. l. itē veniūt. §. idē recte. ff. de peti. here. & gl. pua hic in ver. ex lege. & Bar. & idē Bar. notabilit̃. in l. j. §. fi. i fi. ff. de penu leg. secus si facultas soluēdi cōpeteret ex dispositiōe hois tūc nō durat vsq̄ ad lit. cōte. factā in causa principali: vt est tex. reputat⁹ sing. in l. si quis stipulatus fuerit. x. in melle. in prin. ff. de solu. qꝛ miti⁹ agit̃: cum l. quā cū hoīe. glo. in l. celsus. in ꝑn. ff. de arbi. & ꝑ hoc. d. Bar. in. d. §. idē recte, se dixisse. in q. de fctō q̄dam tenebat̃ alicui dare centū: hoc pacto q̄ si vellet dare ꝑ ista quātitate certū terrenū cogeret̃ accipere: certe ꝑdit istā facultatē dādi terrenū ex quo patit̃ lit. cōte. sup debito. qd̄ no. ¶ † Quar
5 to. no. ex. ij. parte tex. in versi. is aūt qui stipulatus est iunctis ꝑcedētib⁹ & sequētib⁹: differentiā inter sniam alternatiuā: & stipulationem alternatiuā in causa noxali: qꝛ in snia alternatiui sola quātitas est in obligatione & solutione: sȝ in stipulatiōe alternatiua vtrūq̄ est in obligatione. & vtrūq̄ debet peti. vt. l. si duo. ff. de verb. ob. rōneȝ diuersitatis assignat tex. in iij. parte. in vsi. qꝛ in stipulatione vsq̄ ad fi. & declarat Bar. in. j. q. & ita limita regu
6 lā q̄ habet q̄ sniē & stipulationes eqparāt̃ † l. iij. §. ideȝ scribit. et ibi Bar. in pe. no. ff. de pecu. qꝛ etiā in snia q̄n ɔhit̃: vt ibi, & not. Bal. in l. vnica. in. ij. col. C. si plures vna snia. & in l. ab executiōe. in vlt. col. C. quorū app. non recip. Nā illa eqparatio nō ꝓcedit q̄n datur ratio diuersitatis. tex. est hic. & ƀȝ Bal. in. d. §. idē scribit in vlt. co. in multis differūt: qꝛ in snia q̄n ɔtrahit̃: sed in stipu
7 latione ɔtrahitur vere & proprie. † Item sententia sicut & iudiciū cōfertur in inuitū. l. inter stipulātē. in prin. ff. de verb. obli. secus in stipulatione: sed caue pro intellectu litere: q̄ differētia tex. nostri inter sniam alternatiuam & stipulationē alternatiuam in cā noxali, videt̃ esse sine effectu: & sic esse imposita verbis & nō reb⁹. & ɔsequenter videtur esse differētia verbalis & non realis, cōtra
8 l. ij. in fi. C. cōia de leg. & c. cōmissa. in prin. de elec. in. vi. qꝛ lȝ † i stipulatiōe alternatiua vtrūq̄ sit in obligatione, tamē cum electio sit debitoris, prout etiā dicit Bar. hic. in. j. oppo. certe nō coget̃ soluere nisi illud qd̄ ipse volet aut q̄titateȝ aut seruū pro noxa, sicut in snia alternatiua put expresse firmāt: sed ad aliud ꝓpositum Pau. de ca. & d. Alex. hic: & sic in effectu videt̃ parū referre qd̄ in stipulatione alternatiua vtrumq̄ sit in obligatiōe, lȝ alternatiue. & ƀm Pau. de ca. & d. Alex. ista stipulatio i nihilo nocet & in nihilo est damnosa cū possit soluere illud qd̄ velit de duob⁹ sicut prius, ergo est sine effectu. istud nō declarant doc. nec atti
9 gūt. dic pro intellectu tex. qd̄ imo multū refert in effectu: † qꝛ in sentētia alternatiua si seruus moreret̃ infra tempus iudicati indultum ad soluēdum, si sine culpa & mora dn̄i. certe dn̄s liberaretur etiā ab obligatione q̄titatis, cū sit debitor quātitatis respectu certe speciei q̄ est in facultate soluēdi. s. serui q dedit damnū, ergo perempta illa speciei liberat̃ & quātitate: et est tex. in l. electio. §. si is quē. & l. si plurium. §. fi. ff. de noxa. Bar. in l. qd̄ te. i. j. col. vbi dixi. ff. si cer. pe. in stipulatione alternatiua cū vtrūq̄ sit in obligatione lȝ seruus moreret̃ tm̄ dominus teneret ad quātitatem. vt est tex. nota. in l. grece. §. si qs stichū. ff. de fideius. qꝛ vbi debetur quātitas respectu speciei existentis in obligatiōe, tunc perempta illa speciei non liberatur debitor a q̄titate ƀm Pau.
10 de ca. & d. Ale. in l. qd̄ te. ex mēte Bar. ibi. ff. si cer. pe. ¶ † Secūdo no. in ver. is aūt. tex. solennē & signādū q̄ stipulatio conuentionalis intelligit̃ ƀm formā verborū & non ƀm naturaȝ actiōis noxalis super qua interponit̃. nā in actiōe noxali vnū est in obligatione & alterum solū in solutione sȝ in stipulatione ista, vtrunq̄ est in obligatiōe qd̄ videt̃ esse ɔ vulgareȝ regulā que habet q̄
11 stipulatio † interposita sup aliquo actu intelligit̃ ƀm naturā illi⁹ actus super quo interponit̃. l. si stipulatus. ff. de vsur. & l. si legati serui noīe. ff. de leg. j. & l. damni in fecti quidā, in prin. cum similibus. ff. de dam. infec. & l. j. §. si qs sub ɔditione ibi stipulationi easdeȝ causas & conditiones in esse. vt legato noīe caue. ¶ Raph. cu. dicit istud videri sibi forte, & ingenue fatetur q̄ nescit bn̄ soluere istā oppositionē. Pau. de ca. etiā reputat h̄ eē notādū: sed respondēt Imo. Pau. de ca. & d. Alex. qd̄ per istū tex. dat̃ singularis limitatio ad illa iura que dicūt q̄ stipulatio intelligit̃ ƀm naturā ꝑcedētis actus: vt intelligant̃ q̄tum ad hoc vt ꝓmissor ꝓpter stipulationē nō cēseat̃ se in plus voluisse obligare q̄ tenebat̃ actione ꝓmaꝛ: sic ne in pl⁹ effectualiter exigat̃ in stipulatione q̄ exigi potuisset ƀm naturā ꝑcedentis actus. ita loquuntur iura preallegata: sȝ ꝓpter stipulationeȝ bn̄ pōt censeri efficacius obligat⁹ q̄ prius esset: qꝛ per hoc debitor nō sentit damnuȝ. ita loquit̃ tex. hic: vbi noxe & editio nō erat in obligatione: tūc aūt erit in obligatione ꝓpter stipulationē, qꝛ ex hoc nullū dānū resultat debitori, qꝛ ita nūc pōt liberari dādo seruū ꝓ noxa sicut pri⁹: secus esset si ex hoc sentiret dānū vt i ɔtūs & sic vno vbo propter stipulationē nō pōt obligari in pl⁹: sed bene efficacius. simile in fideiussore qui nō pōt obligari in plus quā ꝑncipalis: sȝ bene efficacius: vñ si ꝑncipalis esset obligat⁹ naturaliter tm̄, fideiussor obligabit̃ naturaliter & ciuiliter: & sic efficacius. l. j. & l. fide iussor obligari. §. fideiussor. & l. grece. §. illō. ff. de fideius. et dicit Imo. q̄ iste tex. est ad hoc singulariter notād⁹: qꝛ forte alibi non reperies. adde q̄ istā so. etiā tenēt Pau. de ca. & d. Alex. i. §. fi. j. ea. l. eā etiā sequit̃. d. Alex. in l. j. in vlt. co. ff. de pac. & in l. sciēdū in. j. col. ff. de ver. ob. vbi dicit, q̄ istud recte intuēti videt̃ voluisse Bar. in l. ij. ad fi. C. de cōdi. ob cām. eā etiā sequit̃. d. Alex. i. l. stipulatiōes nō diuidūt̃. in ꝑn. in. x. col. ff. de ver. obli. & in l. si legati. ff. de leg. j. & sic vbiq̄. d. Alex. eā firmat: sȝ tu aduerte q̄ imo debitor per istā stipulationē alternatiuā videt̃ posse pati dānū, & aliter teneri q̄ ꝑus. qꝛ si cōtingeret seruū mori nō liberaret̃ promissor a quātitate. l. grece. §. si quis stichū. ff. de fideius. & tm̄ fuisset liberatus si stipulatio nō interuenisset: vt dixi. s. in ꝑcedenti no. nisi dicas defendendo istā cōem sol. q̄ ꝑdicta intelligunt̃ de primordiali natura actus: & nō de ista accidētali ꝓpter mortē sui. l. itē veniūt. §. cū ꝑdiximus. ff. de peti. here. glo. not. in l. certi cōdictio. in ꝑn. in gl. magna. ad fi. ff. si cer. pe. sed alio mō respōdet are. in. d. l. stipulatiōes nō diuidūt̃. in. ix. col. q̄ iste. §. intelligitur q̄n stipulatio interponit̃ sup delictis que nō dependēt a voluntate partiū. ƀm Bar. in l. ex hoc iure. in vlti. col. ff. de iusti. & iure. sed iura cōtraria loquunt̃ q̄n stipulatio interponit̃ sup ɔctu: ƀm qd̄ partes cōtraxerūt. Ista solu. videt̃ plane cōfundi per istū tex. in iij. parte. q dicit, qꝛ in stipulatione singule partes ꝑ se veniunt eaque singula separatim stipulari possumus. & sic tex. apte dicit q̄ stipulatio interponit̃ super hec que pendēt a voluntate ptium. & sic in tex. stipulatio nō interponit̃ sup delictis sed bene super obligatione q̄ fuit causata cōtra dn̄m ꝓpter delictū serui: & sic in isto tex. nō agit̃ criminaliter sed ciuiliter: ego istā materiā an stipulatio interposita in aliquo actu vel in aliquo ɔctu debeat intelligi ƀm naturā act⁹ sup quo interponit̃ plene examinaui in repetitiōe rub. ff. de verb. ob. ad ibi dicta me remitto. ¶ Vltio glo. pua in ver. pecuniariā. dicit nisi ex delicto vicarij, vult dicere q̄ si dn̄s hȝ seruū ordinariū & aliū seruū vicariū q̄ sit in peculio ordinarij, ꝓpter delictū vicarij nō dȝ dn̄s ɔdēnari ad estimatione dāni aut qd̄ det seruū ordinariū pro noxa: sȝ bn̄ ipsum vicariū qui deliquit: vt est tex. in. l. si in re cōi. §. fi. ff. de noxa.

1 ¶ An & q̄n licet victori exequi sniam propria autoritate.
2 Vēdēs rē, lȝ recipiat ꝑciū ab emptore, nō ꝓpterea ꝑ hoc concedit licentiā accipiendi rem emptā propria autoritate.
3 Restitutio in integrū cessat vbi aliō auxiliū ordinariū cōpetit.
4 An in omni snia sit opus q̄ executio iudicati fiat per iudicem.
5 Si ꝓnuntiatū sit aliquā esse vxorē alicuius an possit ꝓpria autoritate illam inuitam accipere.
6 Mulier an sit in potestate mariti vel tm̄ sub eius obsequio.
7 Marito an sit licitū vxorē verberare & in vinculis tenere.

Qui iudicati

Victor nō debet ꝓpria autoritate sniam pro se latam exeq, al's delin
1 quit. h. d. ¶ † Islo. q̄ nō lȝ victori exequi sniam ꝓpria autoritate imo si exequatur pōt ɔueniri vti fur vel vt raptor. ex quo correlarie no. q̄ iudex ꝑ sniam nō vr̄ dare licentiā victori ad eā exequēdam ꝓpria autoritate. itē, lȝ aliqs per sniam iussus sit rem alteri restituere, adhuc ꝑ iudicē debet fieri executio. l. qui restituere. ff. de rei ven. & arguēdo a iudiciis ad cōtract⁹: iuxta. l. iij. §. idē scri
2 bit. ff. de pecu. idē est in ɔctib⁹, † qꝛ si vendēs recipiat ꝑretiuȝ ab emptore nō tm̄ ꝑ hoc cōcedit licentiam emptori accipiendi rem emptam ꝓpria autoritate, imo si acciperet dicit̃ predo. l. si ex stipulatione. ff. de acqui. pos. ¶ Limita nisi iudex dederit licētiam parti vincēti q̄ exequat̃ sola ꝓpria autoritate. l. dotis. C. so. ma. l. pignoris. C. de pig. act. gl. Bar. & doc. in l. iuste possidet. ff. de acqui. pos. bart. & alñ hic. Bal. in l. iubere cauere. circa fi. pe. q. ff. de iurisdi. om. iud. sȝ aduerte, qꝛ non videtur tunc propria autoritate exequi: ex quo habet licentiā a iudice, sed potius censetur nūtius iudicis in causa ꝓpria, qd̄ fieri pōt. l. eū qui. §. si epistola. ff. de fur. Bar. & alñ in l. iuste possidet. & sic non est propria limitatio ad istuȝ tex. Quis sit vera. ¶ Secūdo limita, quādo copia iudicis haberi nō pōt, tūc poterit sententiam propria autoritate exequi. l. nullus. & ibi glo. et doctores. C. de iudeis. l. si alius. § bellissime. & ibi Bart. no. ff. quod vi aut clam. & l. generali. C. de

stipulatio interposita sup aliquo actu intelligitur

decurionibus.l.ij. per quem tex. idem tenet Spe. in ti. de actore iu. §. item qui vult ppria autoritate in.viii. casu.glo.j.distin. in.c.aus getuz.in gl.j.r gl.in.c.pastoralis.de causa pos.r ppie. Bar.in.l.hoites.in.ij.col.ff.de capt.r in cōst.ex.incip.inquirit cōtra dūm Joannē de Pisañ. Bal.in.l.ij.in.xvij.col.C.de ful. et aqua. Jmo.r alij in.c.olim.j.de restitu.spo.d.Abb.in.c.qliter r qñ.ij.j.no.de iud. Jmo.r.d.Alexā.hic. cōquis 3rium notet Bal.r minus bene in.l.ij.§.post originē.ff.de origi.iur.vbi p illū tex.no.qd lz in ciuitate nullus sit rector:tñ nō pōt qs sibi dicere ius ppria autoritate. Alibi etiā gl.no.in.c.j.in verb.expectādi.r ibi Bal.in fi.de cōsuetu.recti feudi.signāter tenet, q ppter absentiā magistratus non debet quis sibi ius dicere ppria autoritate:sed debet magistratus expectari:r hoc videref tutū. Jtē limita q solus defect⁹ iudicis non sufficeret:vt quis possit sibi ius dicere ppria autoritate:sed etiā requiritur q periculū sit in mora.ita singulariter limitat Bal.in.l.sz r si per pretorē.§.deinde ait pretor.ff.ex qui.cau.ma.per illum tex.vbi est locus restitutioni in integrum ppter absentiā magistratus qñ nō potuit haberi copia magistratus,sed si posset propria autoritate ius dicere nō esset loc⁹ resti.in integ.† que cessat vbi aliud auxiliū ordinariū cōpetit.l.in cause.in prin.ff.de mino.facit qd tenet Bar. in.d.l.si alius.§.bellissime.vbi dicit se putare q si qs arriperet animalia alicu⁹ que de facili fame moriūtur:vel vineas q̄si nō putatur de facili exiccant tūc est sibi licitū ius dicere ppria autoritate magis q in alijs rebus.sed.d.Alexā.tenet 3rium q qñ quis non habet copiā iudicis cōquis ius suū non sit breui tempore periturū:tñ pōt sibi ius dicere ppria autoritate.in.d.l. null⁹. r.d.§.bellissime.r lz remediū ordinariū faciat cessare restitutionē in integrū.d.§.ait pretor.non tñ faciat cessare remediū subsidiariū:q qs sibi ius dicat ppria autoritate qñ iudicis copia haberi nō pōt,r est satis tolerabile. ¶ Ultimo Bar.per quicq̄ qd
4 nes examinat† an in omni sñia sit opus q executio iudicati fiat
5 per iudicē:dic vt p eū cū quo oēs trāseūt sine additiōe. ¶ † Inquātū tñ Bar.in.v.q.videtur tenere:lz nō bene firmet, q si sic pnūtiatū aliquā esse vxorē alicuius sine ab alio detineat siue no: non pōt ppria autoritate illā inuitā accipere qr incideret in penam raptus.l.vnica.C.de rap.virg.ideo tūc requirit executio iudicis.nā sm Jmo.illa lex loquit qñ maritus nunq̄ habuit possessionē maritalē vnde pro Bar.melius facit illud qd tenet Jo.
6 an.in addi.Spe.in tit.qui fil.sint legi.super ver.competit.† vbi tenet q vxo.nō sit sub potestate mariti sed potius sub ei⁹ obsequio.per.l.sicut cum gl.ff.de ope.liber.r in.§.j.insti.ad tertu.ergo maritus nō habet in eam man⁹ iniectionē.breuiter qñ maritus tam adept⁹ fuit q̄si possessionē maritalē tūc.hz in ipsam manus iniectionē,sz Jmo.r.d.Alle.hic.q dicūt ita seruari de fctō.
7 item †licitū est marito subsistēte causa verberare vxorē modice tñ.lz nō acriter.vt est glo.no.in.c.sicut alterius.in glo.j.vl.q.j. d.Abb.in.c.cum contingat.in.vij.col.de foro cōpe r no.d.Ab. vbi videas in.c.quēadmodū.in vlti.col.de iureiu.imo licitū est marito nō solū vxorē castigare sed etiā in vinculis tenere. gl ss. est no.in.d.c.quēadmodū.in gl.fi.ad fi.de iureiur.r ibi d.Abb. in vlti.col.reputat multū tenendam mēti:declarando tamē vt ibi per eū:et vltra gl.iuris canonici qd licitū sit marito subsistēte causa verberare vxorē.tenet etiā gl.in.l.sed r si quēcūq.§.fin. ff.ad leg.aqui.r quando maritus adeptus quasi possessionem maritalē iniiceret manus in vxorē nō haberet tūc locū pena raptus.de qua in.d.l.vnica.C.de raptu virgi.sm Cy.ibi:in.ij. col. et etiam Bal.idem tenet in.l.raptores.C.de epis.r cle.r no.bal. in.l.benignus.ff.de legi.

1 Actio iudicati est perpetua r transitoria ad heredes actiue et passiue.
2 Actio q̄ orit ex sñia an appellat actio iudicati vel actio i factū.
3 Ad actionē in factū nō est recurrēdū qñ habem⁹ nomē actiōis.
4 Ex sentētia arbitri oritur actio in factum.
5 Ex sentētia diuisionis iudicis oritur actio prescriptis verbis.
6 Per sententiā non fit nouatio proprie que sit extinctiuā obligationis et actionis.
7 Sñia lata i actiōe reali an pducit actiōez nouā iudicati vl i fcm̄.

Judicati. Actio iudicati est perpetua r trāsitoria ad heredes actiue r passiue.h.d. ¶ Nota.i.ex
1 isto tex.q†actio que oritur ex sentētia est perpetua et transitoria ad heredes dato q prima esset temporalis r non transitoria ad heredes:puta qr erat ex delicto:vt hic in gl.r sic correlarie habes q actio ex sñia pōt esse alterius nature r alterius vite q̄ esset prima actio:ratio est,q p sñiam quasi 3trahit.l.iij.§.idē scribit. ff.de pecul. Bal.in.l.ab executione.in vlt.col.C.quorū appel.nō recip.r in.l.vnica.in.ij.col.C.si plures vna sñia.r ex illo q̄si 3tractu sententie oritur actio q̄ est perpetua r trāsitoria ad heredes, sicut sunt regulariter actiones ex 3tractibus.l.vnica.C.vt actiones ab herede r cōtra heredes:sicut etiā actio de 3stituto est perpetua:lz actio prima esset temporalis.l.itē illa.§.qd adijcit.ff. cōsti.pecu. Fallit qñ esset mere accessoria ad pmā,vt est stipulatio de iudicio sistē:que est eiusdē nature r vite cū pma actione: qr est mere accessoria.l.si eū.§.qui iniuriarū.ff.si qs cautio. Sed hic r in.d.§.qd adijcit nō est mere accessoria cū i ea directo deducat illud qd deducebat in pma.sm Pau.de ca.hic.r añ eū latius ponit Bar.in.l.j.§.hec actio.in versi.tertio casu pncipali.ff.si qs test.lib.esse liber.iu.ve.dixi in.d.§.qui iniuriarū. ¶ In
2 glo.j.habes† q actio q̄ orit ex sñia nō appellat actio iudicati put vr̄ dicere tex.sz actio in factū per tex.in.l.actori.C.de reb. cre.in verb.ad similitudinē iudicati i factū actio cōpetit:sz Cy. ibi rñdet,qr ibi fit similitudo actiōis in gñe:sz nō in specie:sed caue qr ibi similitudo cū sit facta per legē,dz intelligi esse facta p omnia,si fieri pōt,per illud qd no.glo.in.l.sacrilegij pma.r ibi Bar.ff.ad le.iul.pecu.r sic qd ibi fiat similitudo actionis non solū quo ad genus sed etiam quod ad speciē:vt in specie actio in factū,ita cōpetat ex sñia sicut ex iuramēto.Jstam opinionē tenent vbicq glosse iuris ciuilis.r glo.in cle.fi.de appel. Bal.et Sali.in.d.l.actori. Jmo.r.d.Alex.hic. Ludo.ro.i.l.nā r post ea.§.fi.ff.de iureiur. 3trariā opinionē r melius q imo actio q̄ orit ex sñia sit actio iudicati put dicit text.hic r plures alij tex. allegati p Bar.tenent Jac.de are.r Cy.in.d.l.actori, Barto. Albe.de rosa.Ang.Raph.cu.r Pau.de ca.hic:qr cū hēamus
3 ppriū r spāle nomē actiōis.s.iudicati:vt hic:† ad actionem in factū nō est recurrendū sed qñ ppria noīa actionū deficiūt:ita dicit tex.in.l.nam cum deficiunt,ff.de prescrip.verb. Fallit sm
4 Bar.† in sñia arbitri:ex qua bene orit actio in factū.l.cū antea C.de arbi.ratio qr sententia arbitri nō est pprie sentētia nec dicitur iudicatū sed laudatū prout plene dici in.l.j.§.eo.ideo minimū si ex sententia arbitri orit actio in factū:cum non possit oriri actio iudicati:tamen non est magne vtilitatis:cum nomē actionis non sit de necessitate exprimendū in libello.c.dilecti. de iudi.glo. Bar.r doc.in.l.j.in prin.in gloss.mag.ff.de eden. ¶ Unus tñ casus spālis est in quo † ex sñia iudicis orit actio
5 pscriptis verbis,in sñia diuisiōis.l.si familie.C.fami.herc.quez tex.Bal.ibi:in scdo no.ad hoc notat r reputat mirabilem:r rō est sm eū,qr diuisio illa,facta a iudice inter partes videtur esse quedam permutatio,sed permutatio est contractus innominatus sm glo.r docto.in rub.C.de rerū permuta.r ex permutatione oritur actio prescriptis verbis.cum precib⁹.C.de rerum permuta.r sequitur etiam simplr do.Alex.hic. ¶ Glos.fi.in verb. cōpetit.diuiditur in tres partes. Jn pma ampliat tex. Jn secūda ponit vnū dictū per qd respondet tacite qōni. Jn tertia limitat tex.secunda ibi:vetus quoq durat.tertia r vltima est ibi sed si vetus fuerit rei vendica. ¶ Ex scda parte glos.ibi vetus
6 quoq durat.habes elicere q† per sñiam non fit nouatio proprie q̄ sit extinctiua obligationis r actiōis.vt.§.ppterea.insti. qui.mo.tol.oblig.r.l.nouatione.ff.de nouatio.sz fit nouatio accumulatiue:r sic adiectio noue actionis vltra veterē q̄ durat idē tenent glo.r doc.in.l.j.in gl.mag.C.de iud.r glo.in.l.duobus.ff.de excep.rei iud.r.l.nepoti.r ibi Bar.ff.de fun.instru.r glo.no.in.l.fi.circa mediū.in verb.nouatur.C.de execu.rei iud.
7 cōquis ibi videat esse tex.in oppositū. ¶ † Jn vltima parte glo. habes quod sententia lata in actione reali nō producit actionē nouā iudicati vel in factum.r ita limitatur iste tex.p opinione glo.duo vident facere. Primo,qr in actione reali iudex nō agit aliquid de nouo inducere:sed solū declarare agentem esse dominū.l.ex diuerso.§.j.ff.de rei ven.r.l.sicuti.§.sed si queratur ff.si seruitus vendi.ergo preter intentionē iudicis non dz posse oriri actio iudicati.sed ad hoc responde,qd in reali iudex non agit inducere:verum est principalr:sed in consequentiam etiam inducit:vnde p traditionē factā autoritate sentētie late in actione reali efficit victor dominus si ante non erat:sed reus cōuentus.sm gl.in.§.fi.insti.de offi.iudi.r gl.in.l.pōperi⁹.§.si iussu. ff.de acqui.pos, Bar.in.l.ex hoc iure.vbi dixi.ff.de iu.r iu. Secundo pro ista gl.facit,qr si ex sententia lata in actione reali nasceretur actio iudicati vel in factū esset repugnantia actionum, qr respectu actiōis realis diceret nō obligat⁹:r respectu actiōis iudicati vel in factū diceret obligat⁹:vt insti.de ob.i pn.itē res mea nō pōt mihi deberi.l.necq pignus.ff.de re.iur.sz istud nec ista rō obstat vt ptz i sñi.i.l.si vētri.§.in bonis.ff.de pui.credi.et in.l. offi.ff.de rei ven.nā rei vēdicatio dat rōne possessionis vel detētatiōis existētis penes 3uētū q̄ obligatōez nō causat:lz actio psonalis det rōne sñie:r sic diuersis respectib⁹. Contrariā opi.r meli⁹ q imo ex sñia lata in actiōe reali cōpetat actio noua iudicati vel in factū:r duret etiā vetus actio realis:r3 gl.in.l.nam r postea.§.fi.r in.l.sz r si possessori.in tertio rñso.fi.de iureiur. sequit Bar.hic post antiquos per cū relatos Ang Jmol.r alij bar.r alij i.d.l.nā r postea.§.fi.p illū tex.vbi ex iuramēto pstito in actiōe reali orit actio psonalis in factū:r etiā durat vet⁹ actio realis.cōfirmatur.

realis ꝯfirmatur q: per sententiã: etiã super reali actione latam
quasi contrahitur. vt tenet glo. reputata singularis in. l. ij. §. fi. ff.
de preto. stipu. ergo ex isto quasi ꝯtractu debet oriri noua actio
iudicati: vel in factum.

1 ☞ Licet infra tps qd miserationis gratia indulgetur a lege iu
dicatis ad soluẽdũ nõ possit fieri executio sententie nec agi iudi
cati contra eum: potest tamẽ interim condẽnatus soluere et per
alios modos iuridicos se liberare.

2 Inducta ad fauorem nõ debent eius cõtrarium operari, ⁊ etiaꝫ
econtra.

3 An in iudicio in quo petit̃ executio sententie requiratur libellꝰ
litis ꝯtestatio: ⁊ alius ordo iudiciarius.

4 Per quod officium petatur executio sententie.

5 Quando intentatur officiũ iudicis nobile an requiratur libel-
lus ⁊ ordo iudiciarius.

6 Quando intẽtatur pro executione sentẽtie actio iudicati vel in
factum an requiratur libellus ⁊ litis contesta.

Intra dies. ¶ Infra tempus iudicati põt
cõdẽnatus se multipliciter li-
berare. h. d. Diuiditur ĩ duas partes. in pͥma ponitur
decisio. in scda ratio decisiõis. scda ibi, q: cõstitutorũ.

1 ¶ † No. pͥmo ex isto tex. ꝙ licet. infra tps qd miseratiõis gratia
indulget̃ a lege iudicatis ad soluẽ. nõ possit fieri executio sentẽ-
tie: nec agi iudicati ꝯ eũ: põt tamẽ interim cõdẽnatus soluere: et
per alios modos iuridicos se liberare: ideo interim põt cõpẽsa-
tionẽ opponere et ea mediante se liberare. vt est tex. in. l. si cũ mi
liti. §. j. ff. de cõpensa. ⁊ gl. hic quẽ tex. ad hoc reputãt singulareꝫ
imol. ⁊. d. alex. hic. Ang. in. l. si socer. §. Lucius. ff. sol. ma. ¶ Se
2 cũdo no. ex scda pte tex. † ꝙ inducta ad fauorẽ alicuiꝰ, nõ debẽt
in eius dãnum retorq̃ri, vt hic: ⁊. l. q̃ fauore. C. de legibus. ⁊ in re
gula ꝙ ob gratiã de regu. iur. in. vi. ¶ Adde ꝙ priuilegium nunq̃
sic est interpretãdũ vt pͥuilegiato sit nociuũ: vt. l. diuus. in versic.
nec vllor magis ĩterest. ⁊ ibi Ang. in fi. ad hoc no. ff. de testa. mi
li. ¶ Itẽ pͥuilegiũ non debet interpretari contra priuilegiatuꝫ. ita
no. Bal. in. l. si Rufinus. C. de testa. mili. ¶ Item adde ꝙ similiter
econtra inducta ad grauamẽ vel ad onus non debẽt operari fa
uorem aut commodũ. tex. in. l. hereditas ad statiũ. ⁊ ibi Bald. ⁊
Ang. ad hoc notãt. ff. de heredi. insti. ¶ Item inducta ad penam
non debẽt trahi ad gratiã: ita dicit tex. in. c. inter corporalia. i. ij.
3 col. de trãslatio. prelator. ¶ † Ultimo querit Bar. an in iudicio
in quo petitur executio sententie requiratur libellus litis conte
statio: ⁊ aliꝰ ordo iudicariꝰ. ⁊ concludit post Spec. in titulo de
executio. sen. §. qualiter. in pͥn. ꝙ si agitur actione iudicati vl' in
factũ tunc bene requirit̃ libellus: ⁊ ordo iudicarius per regu. l. j.
in prin. ff. de eden. ⁊. l. edicta. C. eo. de eden. ⁊ per tex. in. l. item ve
niũt. §. idem recte. in verbo post susceptũ. ff. de peti. here. ⁊. l. j. in
verbo actio iudicati exercẽda est. C. quãdo ex facto tu. bene facit
tex. in. l. minor. xxv. annis cui fideicõ. in verbo ad initiũ noue pe
titionis redegerat. ff. de mino. ¶ Sed si imploratur officium iudicis
pro executione sentẽtie. tũc nõ requirit̃ libellus nec figura iudi-
cii sꝫ debet summarie petitio pcedere. l. a diuo pio. §. si super re-
bus. j. e. Cum ista dist. Spe. ⁊ Bar. tenet Ang. in. l. iiij. §. si ex cõ
uẽtione. ⁊ ibidem Pau. de cast. in. §. precedẽti. s. e. ⁊. d. Pet. de
bex. hic. ⁊ dicit Io. de imo. hic in fi. ꝙ ista opinio est cõmunis ⁊
in practica tutiꝰ esset eã tenere. similr̃ Rapha. cu. hic dicit ꝙ est
hec cõmunis sentẽtia a qua in practica nõ est recedẽdũ. Ideꝫ te-
nẽt bar. bal. ⁊ aliĩ. in. l. ij. C. de execu. rei iud. cũ aliĩs cõcordantĩs
hic traditis per. d. alex. ¶ Cõtra scdꝫ mẽbruꝫ bar. ꝙ imo qñ implo
rat̃ offĩm iudicis p executiõe sentẽtie requirat̃ libellus arguit for
4 titer. d. alex. fundamẽto colorato. † Quia officiuꝫ iudicis per ꝙ
petitur executio sentẽtie est officiũ iudicis nobile. sꝫ bar. in. l. iu
bere cauere. in vlt. col. ff. de iurisdi. om. iud. in. l. a diuo pio. §. sen
tẽtiã. in. j. col. ad fi. j. e. Eo q: nõ deseruit alicui actioni pͥncipali
ter intentate. ergo est officiũ iudicis nobile. l. iij. cũ gl. magistra.
5 C. de compẽsa. ¶ Sed † quando ĩploratur officiũ iudicis nobile ꝙ
datur loco actionis, tũc ibi requiritur libellus ⁊ litis cõtestatio
prout quãdo intentat̃ actio. tex. est in. c. fi. de offi. iud. et Bar. in
rubrica. ff. de interrog. acti. ⁊ latius in. l. ne quicquã. §. vbi decre-
tũ. in. ij. col. ff. de offi. procõ. ⁊ leg. in. l. iiij. §. hoc aũt iudiciũ ĩ. vi.
q. ff. de dam. infec. ⁊ in. l. j. §. fi. ff. de variĩs. ⁊ extraor. cogni. ⁊ in. l.
ab hostibus. §. sed simpliciter. ff. ex quibus cau. maio. ¶ Huic fun
damẽto. tu respõde huic obiectiõi, notabiliter, defendẽdo Bar
to. ꝙ qñ imploratur officium iudicis nobile sup eo qd nunquaꝫ
fuit antea deductum in iudicio tunc ibi necessarius est libellꝰ ⁊
litis cõtestatio. ita loquitur tex. in. d. c. fi. ita loquitur Bar. in lo
cis pallegatis. ¶ Sed quando imploratur officium iudicis nobile
super eo quod est liquidatum in iudicio: ⁊ super quo iaꝫ lata est
sententia diffinitiua vt in casu nostro: ⁊ tale officium iudicis no
bile summarie expeditur ⁊ non requiritur libellus nec alia figu
ra iudicij. ita formaliter tenet ⁊ declarat Bar. in. l. iubere cauere.
in vlt. col. ff. de iurisdi. om. iud. ⁊ in terminis nostris sequit̃ alibi
ipsemet. d. Alex. in. l. si finita. §. iulianus. in. xvij. col. ad fi. ⁊ seq.
in vsi. itẽ inq̃tũ. Bart. hic querit an debet dari libellus. ff. de
dam. infec. ⁊ facit qd statim. j. proxime subijciam. ¶ Secũdo
6 inq̃tum Bar. hic pͥncipaliter tenet † ꝙ quãdo pro executiõe
sententie intentatur actio iudicati vel in factũ: tũc requiritur
libellus lit. cõtest. ⁊ ordo iudiciariꝰ. ¶ Contrariũ et melius tenẽt
Imol. Rapha. cu. ⁊. d. Alexã. hic: ⁊ plene Anto. de but. in. c. j.
de libelli oblatiõe. qd imo tũc sufficiat qualisqualis petit[illegible] si-
ne libello put ⁊ in summariĩs. cle. sepe. de verb. sig. ⁊ sic siu[illegible] in
tentet̃ actio iudicati siue imploretur officium iudicis nunq̃ re
quirit̃ libellus, sꝫ hꝫ locũ via executiua. ⁊ sequut̃ glo. in. l. qui
de inofficio. in glo. magna. circa medium. ff. de inoffi. testa. ⁊ in
d. l. minor. xxv. annis. cui fidei. ff. de mino. ⁊ glo. in. l. j, in gl. ma
gna. circa med. C. de iudi. que vident̃ velle ꝙ actio iudicati ha-
beat executionẽ paratã ⁊ non exigat ordinẽ iudiciariũ. pro ista
parte duo stringunt. Primo, q: iura allegata per Bar. que di-
cũt qd agens aliqua actione debet prius libellũ offerre: proce-
dunt qñ quis vellet agere pro re nondũ decisa per sententiam:
secus qñ quis ageret actione iudicati ex facto iam deciso p sen
tentiam que transiuit in rẽ iudicatã: vt in casu psenti vbi petit̃
cõdẽnatum cõpelli ad id qd in sñia diffinitiua cõtra eũ lata cõ
tinet̃: ⁊ tunc non requirit̃ alius libellus ne lites ex litibus oriã
tur. l. iiij. §. ait pretor. s. eo. ⁊ istud fundamentũ voluit origina-
liter glo. in. d. l. qui de inofficioso. in glo. magna. circa mediũ.
¶ Scdo stringit tex. in. l. cũ antea. circa pͥn. C. de arbi. ĩ verb. actio
nem in factũ. ex nostro nomine damus quatenus possit sentẽ-
tia eius executioni mandari, vbi litera videtur apte velle ꝙ p
actionẽ in factum sententia mandetur executioni. nec est bona
solutio Bar. qd ibi executio fiat per officium iudicis ⁊ non p
actionẽ in factũ: q: violat illũ tex. ⁊ fm Imo. Bart. cauillatur
illum tex. ¶ Ultimo ad istã. q. vide sup hoc tex. in. l. si pigno-
ra. ff. de euic. in verb. extra ordinem sñiam exequẽtes. queꝫ alle
gat Bal. in. l. ij. in. j. col. C. de execu. rei iudi.

1 ☞ Specie perempta post litem contestatam durat instantia
propter fructus.

2 Actio perpetuatur per litis contestationem.

3 In contractibus stricti iuris non veniunt fructus nisi a tempo
re litis contestate.

1 Si homo. † Specie pempta post lit. cõ-
test. adhuc durat instãtia ppt
fructꝰ. h. d. fm Bar. Ang. Imo. ⁊. d. Alex. istud
summariũ pcederet tenẽdo intellectũ q aliquali
ter tangit̃ in gl. j. ⁊ clariꝰ in gl. iij. in v. fructuũ: qd
hic reus cõuentꝰ habuit iustã cãm litigãdi ⁊ hõ pmissus deces
sit sine dolo ⁊ culpa debitoris, quo casu dꝫ absolui ab hoie. l. si
ex legati causa. ff. de vb. obli. q: iusta cã litigãdi excusat a cul-
pa ⁊ mora: ⁊ sic ab interitu. l. si qs solutioni. ff. de vsur. ⁊ dꝫ ꝯdẽ
nari de fructibꝰ: vt dicit gl. iij. q: cũ p litis cõtestationẽ sit fun-
datũ officiũ iudicis, etiã specie pempta, illud etiaꝫ durat quo
ad fructꝰ, fm glo. ⁊ Bar. in. l. vtiq3. ff. de rei vendi. ⁊ hoc modo
procedit summarium predictum: quod specie perempta post li
teꝫ cõtestatã absq3 dolo ⁊ culpa debitoris: ⁊ sic eo liberato quo
ad speciẽ pmissam: tamen adhuc durat instãtia cause propter
fructus. ¶ Iste intellectus est verus in se per. d. l. vtiq3 ⁊. l. si seruꝰ
ff. iudi. sol. sed ad istũ tex. non potest stare qui dicit absolutio-
nem de homine non esse faciendã: ergo cõdẽnatio debet fieri,
vnde summa melius istũ tex. hoc modo. post litem contestatã
tenetur pmissor de interitu speciei pmisse: ⁊ etiam de fructibꝰ
h. d. ⁊ sic ꝯdẽnatio debet fieri in vtroq3 tã in hoie q̃ in fructibꝰ
pceptis post lit. cõtest. ⁊ sic dũ tex. dicit̃ absolutionẽ non faciẽ-
dã dic sꝫ cõdẽnationẽ. ⁊ dũ tex. dicit de fructibꝰ supra quesitis
per seruũ pmissuꝫ post litẽ cõtest. rõ vtriusq3 est, q: per litis cõ
test. reus constituit̃ in mora: ⁊ sic tenet̃ specie debitã pempta. l.
2 nemo rẽ suã. §. j. ff. de vb. ob. ⁊. l. qd te. ff. si cer. pe. † q: per lit. cõ
test. actio ppetrat̃. l. si seruũ. §. sequit̃. ⁊. §. de illo. ff. de vb. obl.
itẽ fur ⁊ morosus eqpant̃. l. inter stipulãtẽ. §. pe. ff. de vb. ob. sꝫ
fur indistincte tenet̃ de interitu spẽi. l. j. §. rectissime. ff. de vi ⁊ vi
ar. ⁊. l. subtracto. C. de fur. ergo etiã morosus lit. cõtest. itẽ odio
morosi spẽs pempta fingit̃ extare ⁊ adhuc viuere. d. l. si seruũ. §.
fi. vñ cõdẽnabit̃ in hoie pmisso: lꝫ mortuo: sꝫ executio fiet ĩ esti-
3 matiõe: vt ibi. ¶ Rõ secũdi: q: hic sumus in stipulatione † ⁊ sic in cõ
tractu stricti iuris: vbi nõ veniũt fructꝰ nisi a tpe lit. cõte. l. cum
fundus in pͥn. vbi dixi. ff. si cer. pe. ⁊. l. videamus. ff. §. si actionẽ.
ff. de vsur. iõ veniũt solũ pcepti post lit. ꝯte. nõ añ. ⁊ iõ gl. fi. hic
pua in verb. placet: q̃ dicit añ lit. ꝯtest. male loquit̃ q: ĩ iudiciĩs
stricti iuris qñ petit̃ illud qd nũq̃ fuit agentis nõ veniunt fru
ctus ante litem cõtestatam: vt in iuribus preallegatis.

1 ☞ Datiuus importat fauorẽ eius qui in datiuo nominatur.

2 In sententia quasi contrahitur.

3 Sētentia lata pro absente nō ꝯtumace nō valet neqꝫ tꝫ. ⁊ nu. 6.
4 Per iudicē pōt queri absenti qꝛ est publica persona.
5 Iudex non debet impartiri officium suū nisi parte instante.
6 Quare non valet sententia lata parte absente non contumace.
7 Ubi fit citatio ibi est actus trium personarum.
8 In causis summariis valeret sñia lata pro absente non citato.
9 Furiosus obligať in ꝯtibus in quibus obligatio ꝯhiť re ipsa.
10 Si dominus qui litigat per ꝓcuratorē sit citatus ad audiendā.
sñiam vel aliū actū iudiciarium ⁊ fuit cōtumax an valeat senten
tia vel ille act⁹ ⁊ quid quando comparuit sponte vel si fuit pre-
sens ⁊ non citatus vel in causis summariis.
11 In iudiciis summariis alteri per alterum non acquiritur obli-
gatio etiam naturalis.
12 In constituto verba constituentis se soluere debent conferri in
procuratorem ⁊ non in dominum.

FUrioso. Nō summať ꝑꝑ breuitatē. pōde
ra tex. ī dictiōe furioso. que est da
1 tiui casus, † ⁊ datiu⁹ denotat fauorē illi⁹ qui ī dati
uo noiať: ⁊ iportat ei acqsitionē. l. in pñ. cū gl. i ꝟb.
ei. ⁊ i ver. in eū. ff. de ꝯsti. pñ. vñ hoc mō ꝓbat text.
q sñia ēt lata in fauorē furiosi nō valet qđ est ꝯtra ꝑmā sol. glo.
2 ¶ Cōfirmať qꝛ in sñia quasi ꝯtrahiť. l. iii. §. idē scribit. ff. de pe-
culio. dixi in. l. miles. §. pe. ⁊ fi. s. e. sꝫ furiosus non est capax. ali
cuius contract⁹. l. in negotiis. ff. de regu. iur. ⁊. §. furiosus. instit.
de inuti. stipu. ⁊ sicut nō pōt vere cōtrahere ita nec fingi. l. qui ad
certum. ff. locati. ¶ Gl. vnica in verb. non potest: diuidiť in tres
partes principales. In ꝑma oppo. cōtra tex. de. l. nō eo minus.
C. de procu. ⁊ tripliciter soluit. Prima solutio cōfundiť ꝑ istum
tex. inductū. vt. s. ꝓxime in tex. Scđa sol. est cōtra istū tex. eqpa
rantē iudicē ⁊ arbitrum. ¶ Tertia cōiter tenetur declarata vt per
Bar. q ibi nō loquiť in minore sed in ꝓcuratore minoris nō le
gitime ꝯstituto. ¶ In scđa parte glo. remouet aliā oppositionem
contra tex. ¶ In tertia respondet tacite qōni qd in contractibus.
scđa ibi: nec obstat qđ pro absente cōtumaci. tertia ⁊ vltima est
ibi: in contractib⁹ aut acquiriť. ¶ In secūda parte gl. ibi: qꝛ cō-
dēnari ⁊ solui ei pōt. respōde melius ſm Bar. ⁊ doc. hic: qđ ibi
loqť in absente contumace qui habetur pro presente qꝛ eius ab
sentia per dei presentiā repletur. d. l. ꝓperādū. §. sin aūt reus al-
legata in gl. sed furiosus semper habeť pro absente ⁊ nō pōt i cō
tumacia constitui. ¶ No. diligenter istā sol. Bar. ⁊ doct. ex qua ha
3 bes † qꝛ sñia lata pro absente nō cōtumace non valet: neqꝫ tenet.
Idē no. gl. in. l. ea que. C. quō ⁊ qñ iud. ⁊ glo. in. d. l. quesitum. in
gl. prima. iuncto tex. ī eo. ¶ contrariū tenet gl. in. l. properandum.
§. sin aūt reus. in verb. contra dictionē. ⁊ in. §. si aūt alterutra. in
verb. victori. ¶ sꝫ ꝑmā opi. tenēt Barto. ⁊ cōiter doc. hic: ⁊ in locis
preallegatis. Cano. ī. c. cām. de iud. ⁊ ista est cōis opi. ſm Raph.
cu. ⁊ d. Alex. hic. ¶ et glosse contrarie possent ꝓcedere ī criminali
bus: qꝛ valet sñia ꝑ accusatore absente: lꝫ non citato. l. q̄uis in-
dubitati. C. de adulte. ⁊ sic lata ꝑ fisco qꝛ fiscus vbiqꝫ est. vt not.
in. l. i. C. de quadri. prescri. sꝫ Bald. in. l. ne quis q̄. §. vbi decretū.
in. vi. col. ff. de offi. ꝓcon. ⁊ leg. ⁊ in. l. si accusatoribus. in pe. col.
C. de accu. Ang. in. d. §. sin aūt re⁹. ¶ sed aduerte lꝫ oēs indifferen-
ter ita teneāt: tū insignis doctor. d. Pe. de bexu. tenet ꝯriuum et
dicit q contraria opi. semper sibi placuit. Mot⁹ primo. qꝛ si va
let sententia lata ꝑ absente contumaci: multomagis debet vale
re ꝑ absente non contumaci: qꝛ non debet esse melioris conditio
nis contumax: q̄ non contumax. ar. l. seru⁹. in fi. ff. qđ vi aut clā.
4 ⁊ i. c. eū qui. de prebē. in. vi. † Secundo qꝛ per iudicē potest acqri
absenti qꝛ est publica ꝑsona. l. i. ff. de magistra. conue. ergo sñia la
ta ꝑ iudicem volentē acquirere absenti debet valere. ¶ Tertio ⁊ for
tius qꝛ iudex non potest ferre sñiam pro absente nisi ille qui est
5 presens petat. † Quia nō debet iudex officium suā impartiri ni
si parte instāte. l. iiii. §. hoc aūt iudiciū. ff. de dā. infec. ⁊ l. prope-
rādum. §. sin autē alterutra. C. de iud. tunc sic. si iudex nō potest
ferre sentētiam nisi parte instante: ergo eo ipso quod pars pre-
sens petit ferri sententiā videtur remittere citationem: que po-
test remitti. c. de causis de offi. dele. qꝛ qui vult consequens vide
tur velle omne necessariuꝫ antecedens ad illud. l. ad rem mobi-
lem. ⁊ l. ad legatum. ff. de procur. ergo potest valere sententia ꝑ
absente non citato ⁊ sic non cōtumaci. ¶ Bene communem opi-
6 nionē per vnum fundamentum † ⁊ per quod tollūtur omnia il-
la tria fundamenta. d. Pe. de bexu. qꝛ quando fertur sentētia ꝑ
absente legitime citato: ⁊ sic q est contumax ⁊ non cōparet, tūc
ideo valet sententia: quia seruata est forma tradita a lege: quod
sententia feratur inter partes presentes aut peremptorie ⁊ sic le
gitime citatis. l. de vnoquoqꝫ. ī. eo. ⁊. c. i. de causa pos. ⁊ ꝓprie. sꝫ
quando fertur sententia pro absente non contumace ⁊ sic non ci
tato non valet sententia qꝛ nō interuenit illud quod est de for-
ma substātiali sententie. s. citatio. l. i. §. item cum ex edicto. ff. que
sententie sine appella. rescin. nec est veruꝫ quod istud quod pars
debeat citari ad sententiam sit inuentum ad fauorē litigatoruꝫ:
⁊ sic possit remitti: qꝛ imo principaliter est inuentum ad rigoreꝫ
iudiciorum conseruanduꝫ, ſm quem rigorem per actus ciuiles:
alteri per alterum non queritur nisi ille sit presens. l. quecūqꝫ ge
rimus. ff. de actio. ⁊ obliga. ⁊ l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de ver.
obliga. ita ad literaꝫ dicit notabiliter Bar. in. d. l. ea que. C. quō
⁊ quā. iud. ¶ Item iudicium est actus trium personarum. s. iudi-
7 cis actoris ⁊ rei. c. forus. de verb. signi. † sed vbi fit citatio ibi est
actus trium personarum qꝛ contumacia habetur pro presentia.
aut. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. secus vbi non est
citatio: ⁊ ideo quādo vna pars abest ⁊ alia pars est presens ⁊ pe
tēs sentētiā ferri: tūc sentētia lata pro absente non citato nō va-
let neqꝫ tenet ſm Bald. notabiliter. in. d. l. nec quicq̄. §. vbi de-
cretū. in. vi. col. ¶ Per ista apparet ratio quare isto casu melior
sit conditio contumacis q̄ non contumacis: quia in contumace
fuit seruata forma legis circa sentētiā: qꝛ fuit legitie citatus sec⁹
in absente non contumace: qui non fuit legitime citatus: vnde si
essemus in casibus in quibus proceditur summarie ⁊ sine figura
8 iudicii: † tunc valeret sententia lata pro absente nō citato: qꝛ est
solennitas iuris ciuilis ⁊ non iuris gentium: que in causis sum-
mariis non attenditur. ita eleganter tenet Bart. in extrauaga-
ti ad reprimen. in verb. sine figura circa fi. cum quo trāseūt Ra-
pha. cuma. ⁊ d. Alex. hic. ⁊ Pet. de anch. in cle. sepe. de ver. sig.
9 ¶ † In fi. gl. dic clarius q in contractibus in quibus obligatio
contrahitur re ipsa sine consensu: tunc etiam furiosus obligatur
vt est tex. melior de iure. in. l. furiosus. ff. de actio. ⁊ oblig. facit. l.
10 iii. §. ⁊ si furiosi. ff. de nego. gest. ¶ † Extra gl. q̄rit vtiliter Bar.
si dominus qui litigauit per procuratorem sit citatus ad audiē
dum sententiam vel ad alium actū iudiciarium: ⁊ fuit contumax
an valet sentētia vel ille actus iudiciarius. cōcludit quod nō, ⁊
bene. cū Barto. alii transeunt. bene facit: qꝛ ex quo procurator
qui est dominus litis ⁊ instantie: nō fuit citatus: sed dominus
ꝑncipalis: talis citatio cū non sit legitima nō fecit dñm contu-
macem: ergo sententia lata est nulla, sicut sententia lata ꝑ ab-
sente qui nō fuit cōtumax: vt. s. firmaui. idem vbiqꝫ tꝫ Barto.
in. l. ꝓcuratoribus. C. de procu. ⁊ in. l. mutari. ad fi. ff. eo. et in. l.
penul. C. si aduer. rē iud. ⁊ in. l. i. in pe. col. C. de sentē. ⁊ interlo.
om. iud. Et idē Bal. in. l. si qñ. in. vii. q. C. de testi. Io. an. et do.
anto. de bu. in. c. ii. de testi. ⁊ ibidē. d. Abb. in pe. col, ⁊ notabilr
d. Bartho. Veroñ. in caute. clxv. incip. si tu aduocat⁹ vis eum
vincere. ¶ Limita quando dñs citatus sponte compareť: tunc
valeret sententia propter ius vtile instantie quod habet domi
nus sine cessione. l. in cause. §. fina. ff. de procur. quando procu-
rator non contradiceret. l. que omnia. ff. de ꝓcura. ſm Bar. hic
⁊ in aliis locis superius allegatis. ⁊ in. l. si procuratori ꝑsentis.
ff. de ꝟbo. obli. bene facit tex. in. c. si quem. in primo responso.
iuncta glo. de ꝓcu. in. vi. quem allegat ad hoc do. Abb. in. c. ii.
in vlti. col. de testi. ¶ Amplia idem esse si dñs citatus fuit solum
presens sententie: adhuc valet sententia; ſm Bar. hic in vlt. q.
quē ceteri sequunť. ⁊ Bar. in. d. l. si ꝓcuratori ꝑsentis. ff. de ꝟb.
oblig. imo fortius tenet notabiliter Bal. in. l. i. in fi. colū. C. de
sen. ⁊ interlo. om. iudi. quod si notarius scribens sententiā di-
cat eam fuisse latam presente domino valet propter solā ꝑsen-
tiā dñi ac si domin⁹ expresse cōsensisset: q̄uis non appareat de
eius citatione. per. l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fideiul. tu. ⁊ seq
tur simpliciter Raph. cu. hic. ¶ Item tenet do. Alexan. quando
notarius sciēte ⁊ patiente domino scripsisset sententiam lataꝫ
ipso domino presente. ¶ Secūdo vltra Barto. notabiliter limi-
ta quando essemus in causis in quibus ꝓceditur summarie et
sine figura iudicii: tunc valet sententia: lꝫ dñs sit citat⁹ ⁊ nō ꝓcu-
rator: lꝫ. qꝛ ista est solēnitas iuris ciuilis ⁊ non iuris gētiū que
in dictis causis nō attēditur. ita singulariter tenet Bar. in ex-
trauag. ad reprimen. in ver. sine figura. ad fi. ⁊ sequiť simplr Ra
pha. cu. hic in fi. idem tenet Ludo. roma. in. l. stipulatio ista. §.
si stipuler. ff. de verb. obli. vbi reputat tenendū mēti perpetuo.
¶ Contrarium tenet solus. d. Alexā. hic: licet dicat qđ Bart.
in hoc non habet contradicentem. Motus in effectu: qꝛ in iu-
diciis summariis nō debet acquiri effectus sentētie absenti nō
11 citato: aut nō legitime citato † qꝛ etiam in iudiciis summariis
alteri per alterū nō acquiritur obligatio etiam naturalis, ſm
Ange. Imo. ⁊ alios in. l. stipulatio ista. §. alteri. vbi dixi. ff. de
ꝟb. obli. ⁊ tñ obligatio naturalis est de iure gentiū. l. cum am-
plius. §. is natura dꝫ. ff. de reg. iur. qđ fundamētū videtur mihi
parum stringere in proposito. ¶ Unde vltra. d. Alex. ego ar-
guo fortius cōtra Bar. ⁊ eius fundamentū. nam etiā in ꝯstitu-
to attenditur merum ius gentium. l. i. in prin. ⁊ l. et licet. ff. de cō
12 sti. pecu. ⁊ tamen in constituto attenditur ista differentia: † q
verba constituens se soluere debeant conferri in procuratorem
⁊ nō in dominū alias si conferrētur in dñm nō valeret ꝯstitutū
vt est tex. in. l. eū qui. §. iulianus scđo. ff. de consti. pecu.


Filiusfa. si

1 ☞ Filiusfa. si contrahat durante patria potestate obligat̃ in solidum ex omni contractu preterq̃ in mutuo ⁊ voto.
2 Filiusfa. ex cõtractibus celebratis per eum tempore patrie potestatis fact⁹ sui iuris non tenetur vltra quã facere potest, nisi tpe contractus mentitus sit dicendo se patremfa.
3 Maritus qui negauit matrimonium conuenitur insolidum.
4 Mendaciũ circa id quod est fundamentum ⁊ causa priuilegij, facit priuilegium perdi.
5 Mercator qui in iudicio negauit calculũ seu rationem factam inter eum ⁊ alios mercatores nõ per hoc perdit quin possit allegare errorem calculi.



Et cum se. Propter mendaciũ ꝑdit quis priuilegiũ ne exigat̃ vltra quã facere possit. h. d. Et ꝓmitte ad euidẽtiã litere ex mẽ
1 te Bar. in rub. ff. qd̃ cũ eo. † ꝙ filiusfa. existẽs in potestate patris si cõtrahat durãte patria potestate obligat̃ ĩsolidũ ex omni cõtractu, preterq̃ in mutuo ⁊ voto. l. tam ex cõtractib⁹.
2 ff. de iudi. ⁊ l. filiusfa. ff. de actio. ⁊ obli. † tñ si postea sit emãcipatus vel effectus sui iuris per mortẽ patris q eũ exheredauit, censet̃ nou⁹ homo ideo pro cõtractib⁹ per eũ celebratis tpe patrie potestatis nõ põt exigi vltra quã facere possit. vt est tex. in. l. ij. ĩ pn. ff. qd̃ cũ eo. ⁊ de exheredato est etiã tex. ĩ. l. ⁊ exheredatũ. j. e. ⁊ sic vno verbo, filiusfa. ex cõtractib⁹ per eũ celebratis dum esset in potestate patris tenet̃ insolidũ, ȝ fact⁹ postea sui iuris tenet̃ solũ inquãtũ facere põt, ꝑ titulũ. ff. ꝙ cũ eo. ¶ Hoc est verum nisi tpe quo cõtraxit per mendaciũ asseruerit se esse patrẽfa. ⁊ sic sui iuris: ⁊ hoc modo induxit creditorẽ ad cõtrahẽdũ secũ, certe ꝓpter tale mendaciũ perdit dictũ priuilegiũ. vt nõ exigat̃ vltra q̃ facere possit, ⁊ tenebit̃ insolidũ, istud est ꝙ decidit iste tex. ⁊ tex.
3 in. l. ȝ hoc ita. § . i. j. e. ⁊ tex. in. l. iiij. § . interdũ. ff. ꝙ cũ eo. ¶ † sicut ⁊ marit⁹ negãdo matrimoniũ: ⁊ sic se esse maritũ, ꝓpter mẽdaciũ ꝑdit ꝑuilegiũ ne cõdẽnet̃ nisi inq̃tũ facere põt. ita notabiliter tenet Bar. in. l. etiã. § . i. circa fi. ff. so. matri. Et sequit̃ simplr do. Alex. in. l. maritũ in. ij. col. ẽo. tit. ff. solu. ma. ¶ Ratio predi-
4 ctorũ est. † nã mendaciũ circa id ꝙ est fundamentũ ⁊ causa ꝑuilegij, facit ꝑuilegiũ perdi. l. si dubitet̃. § . ita demũ. ⁊ ibi Bar. ff. de fideius. ⁊ l. si vn⁹. § . fi. ff. ꝓ socio. glo. magistra. in. c. nullus pluribus. de regu. iur. in. vj. ⁊ gl. in. l. nemo ex his. ff. de regu. iu. ¶ Ad
5 uerte tamẽ, ꝙ † si sunt plures mercatores, ⁊ vn⁹ neget in iudicio calculũ seu rationẽ esse inter eos factã si conuincat̃ de mẽdacio: non ꝑ hoc perdit quin possit allegare errorẽ calculi: ⁊ sic intentare dispositionẽ. l. j. C. de errore cal. quãdo põt ĩ promptu ostẽdere errorẽ per euidẽtiã facti: ita tenet Pau. de ca. in ↄs. xxxiij. incip. in casu presenti.

1 ☞ In obligationibus faciendi venit interesse a tpe more.
2 Stipulatio semel cõmissa ad totale interesse amplius cõmitti non potest.
3 Interesse seu estimatio quo iure veniat.



1 **Si calendis.** † In obligationibus faciẽdi venit interesse a tpe more ⁊ sic a tempore quo debuit fieri. h. d. ¶ Glo. j. intelligit ꝙ tñ possit postea crescere interesse vsq̃ ad litis cõtestationẽ vel etiã vsq̃ ad sñiaȝ. ⁊ cum ista glo. simpliciter trãseunt Ang. ⁊ Pau. de ca. hic. idẽ tenet gl. in. l. in hac. in prin. ĩ di stin. magna. ff. de cõdic. tritica. ¶ Sed caue q᷑ hoc mõ istũ tex. q dt̃ q̃ti interfuit mea id fieri, oporteret ĩtelligere. s. tũc vl' postea: q̃ esset destructio tex. ideo istã gl. reprobãt ⁊ melius Bar. Imo. Rapha. cu. ⁊ ceteri omnes hic. ⁊ Bar. in. l. in hac. ff. de ↄdictio. tritica. ¶ vñ Bar. Imo. ⁊ ceteri hic. ⁊ Bar. in. d. l. in hac dicũt ꝙ hic sumus in obligatiõib⁹ faciẽdi in qb⁹ post morã succedit obligatio ad interesse: ⁊ sic interesse est in obligatiõe ⁊ actiõe. l. si qs ab alio. § . fi. j. e. ⁊ l. stipulatiões nõ diuidũt̃. in ver. celsus. ff. de ver. ob. ⁊ in istis attẽdit̃ p̃cise tp̃s more ⁊ vlterius nõ crescit interesse ⁊ sic non recipit postea augmẽtum nec diminutionẽ. l. fundum
2 corne. in vlti. respõso. ff. de noua. ⁊ l. hominẽ. ff. mand. † nã stipulatio semel. cõmissa ad totale interesse ampli⁹ committi nõ põt l. cũ querebatur. ff. iudi. sol. ¶ Sed iura allegata in glo. loquũtur in obligationib⁹ dãdi: in qbus nõ cõmittit̃ stipulatio ad interesse succedit obligatio ad interesse. l. vbi autẽ nõ apparet. § . fi. ⁊ l. si
145 ¶ Quero.xxiii.iuxta pximã precedẽtẽ.q.† aliqs 3duxit vnũ molẽdinũ cũ quatuor rotis & 3uenit pstare dño modios.x.frumẽti pro qualibet rota.postea idẽ cõductor 3struxit ibi vnam aliã rotã an teneat p illa rota noua pstare alios.x.modios frumẽti.Jstã.q.format Alb.de rosa.in.l.rutilia.ff.de 3hen.emp.& refert eã fuisse de facto in ciuitate Parme & ibi fuisse iudicatũ & determinatũ q nõ,per illũ tex.qui vult rẽ debere cõsiderari sm tẽpus 3ctus:& per tex.in.l.non modus.C.de ser.& aqua.& refert ita tenere Ugolinũ de fontana ibi.Sed tu aduerte breuiter.q imo posset teneri qđ ex adiectione qnte rote cũ augeat lucrũ cõductori q similiter debeat augeri pẽsio,sicut in sili dicim⁹ q tã labor q̃ pecunia recipiũt augmentũ vel diminutionẽ.l.seio.in
146 pn.ff.đ ãnu.leg.p quẽ tex.dicũt Bar.& doc.ibi,† q si famul⁹ cõuenit stare cum trib⁹ scholarib⁹ pro certo pretio in mense si vnus ex dictis scholaribus recedit debet pro rata diminui salariũ,nisi adhuc duraret tãtus labor etiam si alter quart⁹ super addatur debet similr augeri salariũ.idẽ tenet Bal.in auf.habita ad fi.C.ne fi.pro pa.Alb.in.l.eden.ad fi.C.loca.Bald.in.l.i. in.ii.oppo.C.de lega.ita hic cũ augeat reddit⁹ debet similiter pro rata augeri pẽsio. ¶ Scđo moneo,qr cum iste reddit⁹ augeat non ex diligentia cõductoris adhibita circa ampliationẽ fructuũ:sed propter nouã rotã adiectã:ergo dz augeri pensio p doctrinã glo.no.in.l.si merces.§.vis maior.& ibi Bart.in vlti. col.ff.loca.& in.l.legẽ.C.eo.in.c.pter sterilitatẽ.de loca.bñ fateor q 3ductor poterit tales expensas factas i illa qnta rota repetere a dño p.l.colon⁹.in pn.cũ si.ff.loc.Cogita tñ super pdictis an iura pcedũt.adde q̃ dixi in pcedenti.q. ¶ Quero.xxiiii.
147 de tili bona qõne† ecclesia 3cessit titio q in flumine suo edificaret molẽdinũ pro certa annua pẽsione vel censu ipsi ecclesie soluẽdis,si postea molẽdinũ sit destructũ forte inũdatiõe aquarũ & cõductor molẽdini nõ reficit illud nec vult soluere pẽsionẽ: an ad vtrũqz possit cõueniri.Jstã qõnẽ format Jo.an.in addi. Spe.in ti.de loc.§.postq̃.in v.sed qrit,in additione magna q̃

a ¶ Quito de istv.q.& simili⁹ hic positis per Jas. vid late bar. veronen.in trac.de serui tutib⁹ in rubri.d̃ f.vrb. pdio.in.c.de furno in.fi. col.cum seq. in ver.quia questio ẽpul chra.

incipit sequitur si nõ construãt:vbi refert,q istã qõnem disputauit Bart.veroñ.in qõne.lxxj.vbi pro parte affirmatiua allegat regulã que a pñcipio sunt volũtatis ex postfacto reducuntur ad necessitatẽ.l.sicut.C.de act.ꝛ obli.l.incõmodato.§.sicut.ff.cõ.ꝛ l.Quis.C.de trãsac.ꝛ i regula qd semel placuit.de regu.iur.in.vi. ❡ In cõtrariũ allegat,qꝛ cessat cã solutionis,ꝛ qꝛ qui nõ sentit cõmodũ nõ dꝫ ẽt sentire onꝰ vt i regula q sentit de regu.in li.vi. itẽ qꝛ ɔstat eũ nõ teneri si terremotu aut casmate perijsset.l.ex cõducto.§.j.ꝛ.l.si fundꝰ.ff.loca.tãdẽ soluit,illũ ad pensionẽ teneri monasterio cũ iste Ɂctus factus fuerit gratia vtriusqꝫ.allegat qd in simili decidit Pileus in qõne.c.que inci.qdã parisiensis.vbi
148 tꝫ†qd qui impetrauit a rege q in domo sua possit facere furnũ dãdo regi annuũ cẽsum:lꝫ nõ fecerit furnũ vel habere desierit tñ tenet ad cẽsum soluẽdũ:qꝛ datio,etiã regis fauorẽ respicit.alle. l.vltimã.ff.mãdati.Subdit notabiliter,q si interesset eccłie ibi esse molendinũ,qd etiã vltra pensionẽ tenebit ad illud reficiendum puta si vltra mercedẽ tenebatur gratis ipsi ecclesie molere certas mẽsuras frumẽti,vel ibi erat interesse vicinitatis.ita residet Io.an.ista est notabilis decisio ꝛ valde vtilis ad practicã si est vera,ꝛ maxima imo suprema est autoritas Io.an.tu aũt aduerte ꝑ veritate istiꝰ vtilis passus,qd aut loqmur in conductore aut loquimur in emphyteota.Quis Io.and.aliter non declaret
149 ❡†Primo casu si aliquis cõduxit molẽdinũ q postea est destructũ ꝛ indiget reparatiõe ꝛ magna impẽsa certe cõductor nõ tenet ad talẽ impẽsam sed dñs,ꝛ si nõ reficit non tenetur ad pensionem:ꝛ si cõductsit talem impẽsam fecerit repetit a dño.tex.est in.l.colonus.in pñ.ꝛ ibi gl.Bar.ff.loc.ꝛ gl.in.l.ex cõducto cum gl.in verbo reficit.ff.eo.ꝛ.l.ediles.ꝛ ibi Bar.ff.de via pub.Bar. notabiliter in.l.ꝑdia.§.antepe.ff.de fun.instr.ꝛ in.l.impẽse.ff.de impẽ.Spe.ꝛ Io.an.in tit.de loca.§.postq̃.in ver.sed q̃rit vtruz conductor domus.ꝛ ita in terminis nostris,qd si aliqs ɔduxerit molẽdinũ qd postea est destructũ q ɔducto non teneat ad impensam reparationis nec ad pensionẽ si est magna impẽsa determinat Bar.in.l.cotẽ ferro.§.qui maximos.in.vij.q.ff.de publi. idem Bal.in.l.lꝫ.in.iiij.q.C.loc.vbi dicit.qd impẽsa magna pti
150 net ad dominũ†qui tenet tradere molẽdinũ instructũ.lꝫ addes §.ij.ff.loca.nec prius tenetur molẽdinarius ad pensionẽ secũdũ Imo.fortius tenet Bal.i.d.l.lꝫ.in.ij.q.qd si aliquis conduxerit molẽdinũ in flumine periculoso ita qd sciuerit vel scire debuerit fluminis naturã ꝛ vitiũ ꝛ tamen si molendinũ impetu talis fluminis est destructum q adhuc non teneatur ad pensionez,qꝛ casma est in substãtia rei cõducte ꝛ pro re q̃ nõ est nõ debet pẽsio seu merces ꝛ in istis terminis in cõductore nõ crederẽ Io.an.bene loqui.Aut in secũdo principali casu loquimur in emphyteota.ꝛ tũc aduerte si molẽdinũ non est in totũ destructũ sed bene eget magna refectione alias molere nõ potest.ꝛ tunc clarũ est qd ad talẽ impensam tenet emphyteota etiã si esset magna impẽsa cum habeat vtile dominiũ in re.ita tenet Bal.in.l.j.in.v.differẽtia ꝛ ibi dixi.C.de iur.emphy.Alb.in.l.ij.eo ti.ꝛ in tractatu suo statutorũ in prima parte.q.cxxxvi.Mod.in.l.diuortio.§.impẽdia.ff.so.ma.Si autẽ tale molẽdinũ emphyteoticũ esset penitꝰ: ꝛ in totum destructuz:ita qd opus esset facere aliud de nouo:an tunc emphyteota teneatur facere ꝛ si non faciat an saltẽ teneat soluere pensionẽ solitam.Iste casus est magis dubitabilis:ꝛ quidem prima facie videret dicendũ qd tunc emphyteota sit liberatus quia quãdo in totũ perit res emphyteotica quod liberatus sit emphyteota.l.i.C.de iure emphy.Et ibi glo.ponit duos versus vulgares.Et.§.adeo insti.loca.ꝛ.c.potuit.de loca.In cõtrariuz facit.qꝛ licet molendinũ sit in totũ destructum:tamẽ adhuc superest ius fluminis in quo põt adhuc denuo edificare ꝛ sic res non perit in totũ ergo emphyteota non liberat.d.l.j.cuz si.C.de iur.emph.istud probat ex eo q notabiliter decidit Ang.i.§.lex itaqꝫ.in auć.de non alienan.colla.ij.vbi tꝫ q si domus data i imphyteosim casu fortuito in totũ cõburat q ẽphyteota tenet domũ reficere ꝛ ꝑ solo tenet pstare mercedẽ q̃ ꝑ tota domo pstabat eo qꝛ adhuc superest area.l.q res.§.areã.ff.de so.ꝛ donec supest aliqua pars rei emphyteotice emphyteota nõ liberat.d.l.j.C.de iur.emphy.idẽ est de mẽte Imo.in cõmẽto.c.potuit.in.xxxvij. col.de locato.ita dicamus in ꝓposito.Quis sit destructũ molẽdinum in totũ adhuc superest ius fluminis:ꝛ sic quasi quedã area in q̃a põt denuo edificare.ergo nõ est liberatꝰ.Imo modo põt defendi decisio Io.an.Quis Ɂrium in hoc vltimo in domo ɔbusta,videbatur tenere gl.in.l.inter quos.§.damni.ff.de dam.īfec. ꝛ Raph.Fulg.in.d.l.j.C.de iur.emphy.❡ Scdo ꝑ ista parte fa
151 cit†quia si quis dederit ecclesie vel hospitali vnã domũ vł vnũ fundum cũ pacto qd ecclesia eũ alere teneat.qd si domus vł fundus casmate vel incẽdio pereat qd nihilominus ecclesia tenebit eum alere.ratio:qꝛ tradẽs impleuit ꝑ parte sua statim qd dedit ꝛ periculũ dꝫ esse ipsius acceptoris.l.lucius.ff.de eui.l.necessario. in prin.ff.de pericu.ꝛ cõmo.rei ven.ita determinant Pet.Cyn. Albe.Bal.ꝛ Ang.i.l.j.C.de iur.emphy.Cano.in.c.potuit.de locato.vbi ponit Imo.in.xxxvij.col.est verũ qd in hoc vltimo loquut doc.qñ dominiũ directũ trãslatũ est in acceptorem:qd secus est in emphyteota in quẽ solũ transit dñium vtile.§.adeo
152 cũ si.insti.loca.ꝛ.l.j.§.qui in perpetuũ.ff.si ager vectiga.†quid autem si habeo molendinũ emphyteoticũ ab ecclesia in flumine publico ꝛ illud est in totũ destructũ ꝛ a me postea refectũ,an ecclesia possit illud emphyteoticũ repetere ponit Bar.i.l.hoc iure.§.si aquã.in fi.per illũ tex.ff.de aqua quoti.ꝛ esti.ꝛ eiꝰ decisio cõferet ad qd precedẽtẽ.❡ Quid aũt si aliquis cõduxit molendinũ destructũ cũ pacto q ipm reaptare teneatur si reaptauit ꝛ postea destructum est,an iterum teneat reaptare ꝛ soluere pensionẽ.ponit Bal.istã decisionẽ in.l.lꝫ.in.iiij.q.C.loca.vbi tꝫ q non teneat iterũ reaptare,ꝛ q sibi fiat remissio mercedis per l.fideicõmissa.§.si qs ita.ff.de le.iij.nisi promiserit reaptare et manutenere reaptatũ quia tũc teneretur reaptare quoties opꝰ est.arg.in.l.inter castellianũ.ff.de arbi.Ita ibi cõncludit Bal.
153 facit regula†q ꝓmissio simplex de reaptãdo intelligit de prima reaptatiõe ꝛ nõ vlteriꝰ.l.bões.§.hoc sermone.ff.de verbo. sig.ꝛ.l.dotis promissio.ff.de iur.dot.de qua regula multa dixi late accumulãdo ꝛ ponẽdo multas limitatiões que hic possent
154 poni in.l.diuortio.§.q in anno.ff.so.ma.❡†Quis aũt teneatur ad expẽsas clause seu ad expẽsas cluse quando aqua publica currens transit per predia priuatorũ,nunqd illi priuati solũ tenebunt an tota cõmunitas:videas per do.Anto.de bu.in cõsil.xiij.incipiẽ.requisitus ergo Antonius.❡ Quero xxv.iuxta ea que tradidit Bar.s.in.j.q.ꝛ subijcio pulchram questionem.
155 †Archieps extra ciuitatẽ hꝫ aliqua molendina,similiter etiã cõmunitas in eodẽ flumine habet alia molẽdina forte in parte inferiori fluminis hoies possunt ire ad molẽdinũ quo volunt ꝛ soluũt tertã mẽsurã grani molẽdino,Accidit q cõitas fecit nouum statutũ q hoies qui cã molendi irent extra ciuitatẽ tenerent soluere in ingressu porte certũ datiũ nouũ sed accedentes ad molẽdina cõis nõ tenerent soluere illud datium in ingressu porte,ꝛ ex hoc factũ est q omnes ibant ad molẽdina cõis:ꝛ sic molendina archiepi remanebãt deserta,vnde archiepiscopꝰ dicit tale statutũ nõ valere inquantũ sibi preiudicet qꝛ factũ est pñcipaliter in odiũ ꝛ damnũ suũ.Ex aduerso cõitas dicit q imo tale statutũ valeat eo qꝛ cuilibet est licitũ circa rẽ suã facere suã cõditionem meliorẽ etiã cũ alterius detrimento.l.fluminũ.§.fi. l.proculus.ff.de dam.infec.quando pñcipaliter facit vt sibi prosit secus si pñcipalr faceret ad emulationẽ vt aliũ noceat vt declarat Bar.s.in.j.q.itẽ tale statutũ respicit ipsos hoies qui possunt se infra territorium pro arbitrio artare.argumen.l.fi.ff.de decre.ab ordi.facien.Queritur quid iuris.istã.q.format Pet. de anch.in cõmento.c.canonum statuta.de constitu.in.xj.qd. pñci.versi.ego quero in qõne in qua ɔsului,vbi refert se consuluisse q tale statutũ nõ valeat eo qꝛ lꝫ verba statuti dirigant ad ipsos homines tamẽ ex eo grauat archieps.sepe enim in dispositione vnum exprimit sed ad aliud effectus dirigitur:ꝛ istud dꝫ cõsiderari.l.iiij.§.nũc de effectu.ꝛ.l.si qs reũ.§.j.ff.de libe.leg.ꝛ in.l.cũ dotẽ.ff.ad.l.fal.nõ eñi est curandũ cum quo quis loquatur:sꝫ in quẽ volũtatis intẽtio dirigat dicit iuriscõsultꝰ in.l.cuz pr.§.donatiõis.ff.de leg.ij.Itẽ tale statutũ censet factũ ɔ ecclesiasticã libertatẽ:ex quo hoies redduntur timidiores in eũdo ad molẽdina archiepi:ergo dꝫ cẽseri nullũ.c.nouerit.de sen.exc.c. nõ minꝰ.de imu.ecc.ꝛ auć.cassa.C.de sacrosan.ecc.Itẽ cõcurrit hic violatio iuris ecclesiastici:ergo statutũ nihil vꝫ:ergo statutũ est inualidũ ꝑ no.in.c.fi.de imu.ec.in.vj.ꝛ i.d.auć.cassa.Idẽ tꝫ Pe.de anc.i ɔsi.xiij.inci.sup dubio trãsr isso.ꝛ i cõsi.cxlv.inci. optimis rõnibꝰ.ꝛ in cõsi.cxciij.inci.ꝑ cõitate.in qbꝰ locis ita cõsuluit ꝑ archiepo spoletano hñte talia molẽdina ex largitione regis Vngarie in flumine salone in quo flumine etiã cõitas spoletana hꝫ plura alia molẽdina.Idẽ cõsuluit gaspar calderini ꝛ totũ collegiũ bononiẽse in cõsi.qd est positũ inter cõsilia Pet. de anc.i cõsi.xij.qd inci.sup casu pdicto.ꝛ in cõsi.seq.Idẽ tꝫ.d. Ab.i repe.c.eccłia sctẽ Marie.i.xxij.co.de ɔsti.Albe.d ro.i.ij. pte statutorũ in.q.ij.d.Ale.in ɔsi.ccclv.inci.visa facti narratione.in vlti.col.ꝛ est in.ij.vol.cõsi.cxx.Contrariuz in terminis in dictis molẽdinis archiepi spoletani cõsuluit Bal.ꝛ est inter cõsilia Pe.d anc.in cõsi.xj.inci.factũ sup quo petit cõsiliũ tale est
156 mouet ꝑ plura ꝛ pcipue†qꝛ cõitas nõ imittit falcẽ i messez aliená.lꝫ i subditos suos qlibꝫ pt collectã iponere ꝑ supportã.oneribꝰ cõitatis.l.rescripto.§.fi.ff.de mune.ꝛ hono.pscrtim cũ fiat nõ vt pñcipaliter dato q aliis in ɔñtiam noceat.d.l.pculus.ff. de dã.infe.Mouet ẽt pulchro fundamẽto qꝛ lꝫ i quesitis malo igenio laici nõ possint derogare eccłis vł iuribꝰ eccłiar.c.ecclesia sctẽ Marie de cõsti.tñ i ɔrendis si laici nõ faciũt ħ malo ingenio sꝫ bono ꝛ pncipalr vt sibi ꝓsint non vt aliis obsint,vꝫ qd istud possit fieri Quis in ɔñtiã sit in dãnũ ecclesiarũ in querẽ.vt i bi pulchre

ibi pulchre ⁊ latius per eũ,idẽ late Jo.cal.in ꝯsi.xxi.posito i ti.
de ꝯsti.inci.eps habẽs extra ciuitatẽ.qd tenẽ dñ:lꝫ passus sit dn
bius tñ mihi plus pacet pma opi.q̃ eſt magis cõis apud doct.et
ſm quã cõsuluit collegiũ bononiẽſe.Ultra eorũ fundamẽta ad
157 ita tenendũ moueor.qꝛ † qñ statutũ vel ꝯstitutio verbis genera
libus cõcipiẽ tñ ex aliquibus coniecturis apparet ꝙ in odiũ cer
te ꝑsone specialiter eſt cõfectũ,certe cõtra tale statutũ succurriẽ
ꝑ exceptionẽ doli vel appellationẽ tex.eſt no.in.l.j.in fi.ff. de ex
cep.do.ꝑ quẽ tex.ita tꝫ Bar.in.l.oẽs populi.in.v.q.prin.in fi.ff.
de iusti.⁊ iur.⁊ in.l.fi.in.j.col.ff.de app.reci.do.Abb.⁊ aliĩ cano.
in.c.cũ oẽs.de ꝯsti.⁊.d.Ab.ĩ rub.illi⁹ ti.de consti.Ange.in.l.ij.
ff.qd quisqꝫ iur.d.Alex.in cõsi.cccxxj.qd incip.mature.i.v.col.
et dicit Bal,in.c.ij.de iureiur.qd in.d.l.fi.tex.eſt vnicus.⁊ sing.i
iure.ꝙ etiã statuta nõ tenẽt quibus dolus ineſt.⁊ idẽ Bald.in.l.
quisquis.C.quo.app.nõ reci.dicit,ꝙ si statutũ sit generale ĩ ver-
bis sed in effectu sit singulare ꝙ põt appellari.⁊ contra tale statu
tum põt opponi exceptio doli.ita dicit eſſe tex.no.in.d.l.j.in fi.
sꝫ ĩ casu nostro ex ꝯiecturis clare apparet ꝙ tale statutum eſt cõ-
ditum in odiũ archiepiscopi seu molẽdinorũ suorũ,qd apparet,
qꝛ si nõ fuissent illa molẽdina archiepiscopi cõitas nõ fecisset sta
tutũ,⁊ ita anno pterito in simili casu ꝯsului in ciuitate casalẽsi ⁊
no.predicta ad practicam:qꝛ conferũt ad multos similes casus.
158 ¶ † Quero.xxvi.tres habent molẽdinũ cõe:duo ex eis inuito
tertio locant molẽdinũ pro.xxx.saccis frumẽti in anno:tertius
vult plus de parte sua puta.xv.vel vult tenere partẽ suã molẽdi-
ni ꝑ se.queriẽ qd iuris.Istam questionẽ format Bal.in.c.j.§.si
quis de mãso ad fi.si de inuesti.feu.ꝯtro.fue.⁊ ibi determinat ꝙ
ille terti⁹ nõ teneẽ stare pretio cõuẽto ꝑ duos:qꝛ qñ aliqd eſt cõ-
mune pluribus vt singulis,tũc factũ a maiori parte non piudi-
cat minori.l.per fundũ.ff.de serui.rusti.predio. Secus in his q̃
sunt cõmunia pluribus vt vniuersis,tunc factũ a maiori parte
vniuersitatis bñ preiudicat minori.l.qd maior.cũ si.ff.ad muni.
subdit Bal.ꝙ si ille tertius nolit ipse locare:sꝫ velit molere vel
pro se tenere possit istud facere pro pte sua nõ impediendo tamẽ
alios in locãdo partem eorũ:vt no.gl.in.l.iubemus nulli.in gl.
que incipit vna pars in fi.C.de sacrosan.eccl.vel prouoceẽ ad di
uisionẽ inter eos,ita ibi residet Bal.¶ Adde ꝙ si tale molẽdi
num cõsueuerat prius locari.certe videtur ꝙ iudex debeat coge
re illum tertiũ stare locatiõi facte per illos duos,dũmodo sit fa-
cta iusto ptio etiã sine diuisione dominiẽ molẽdini.moueor per
159 illud ꝙ decidit Bal.in fi.C.qui test.fa.pos.vbi tꝫ,† ꝙ si duo ha
bẽt domũ vel hospitiũ cõmune ꝙ hospitiũ cõsueuerit locari,et
vn⁹ vult locare alius nõ,certe pferẽ ille q vult locare attẽta ꝯsue
tudine q̃ eſt altera natura,⁊ iudex coget aliũ stare locatiõi absqꝫ
diuisione dominiẽ.allegat no.ꝑ gl.in.l.arborib⁹.§.vsufructua-
rius.ff.de vsufru.⁊ iſta secũda opi.videẽ equior.tamẽ idẽ Bal.vi
160 deẽ aliter determinare in.c.cũ oẽs.ĩ.xi.col.de cõsti.vbi † q̃rit an
vnus soci⁹ possit locare domũ que eſt cõis ꝑ indiuiso altero so-
cio inuito.⁊ tenet qd si cõsuenit locari cũ cõsuetudo sit altera na
tura rei qd poterit ptẽ suã ꝑ idiuiso locare socio reqsito. si vero
nõ eſt ꝯsueta locari ⁊ tũc sec⁹,similis distinctio in.l.naturalis.§.
j.ff.de pscri.ver.⁊ instit.de so.in fi.vel scdm eũ iudex arbitrabitur
iuxta.l.ij.C.qñ,⁊ q.quar.pars.li.x.⁊ cõsiderabit vtilitatẽ vtriusqꝫ
ptis ⁊ illud faciet ꝑ eos cõiter ⁊ cõcorditer obseruari: vt eſt glos.
no.in.l.itinere.ff.de serui.ruſt.pre.⁊ tex.no.ĩ.l.cũ stich⁹.ff.de sol.
facit.l.hmõi.§.fi.ff.de le.j.ita residet ibi bal.¶ Adde etiã illd ꝙ
notabiliter voluĩt Bar.⁊ Pau.de ca.in.l.⁊ hec distinctio.§.cuꝫ
161 fundũ.ff.lo.vbi tenẽt,† ꝙ ille q eſt dñs ꝑ certa parte ꝑ indiuiso
põt locare totũ fundũ si vtiliter faciat qꝛ tale eſt negotiũ qd pro
parte alis bñ expediri non põt.l.heredes.§.si vnus.ff.fa.her.⁊ no
ta iſtã vltimã decisionẽ qꝛ magna eſt autoritas Bar.ĩ actu.pra-
ctico.Alibi tñ tꝫ sĩgnãter Bal.ĩ.l.sabin⁹.in fi.ꝑ illũ tex.ff.cõ.di-
161 ui.qd † si duo hñt domũ cõeꝫ ⁊ vn⁹ vult inhabitare alter vult lo
care ꝙ pferẽ ille q vult inhabitare,qꝛ nõ dꝫ phiberi vti iure suo
vt ibi ⁊.l.sepe.in fi.ff.de re iud.alibi etiã tꝫ sing.Sali.⁊ nõ recolo
162 alibi legisse in.l.iubem⁹ nulli.in pn.C.de sacrosan.eccle.† qd si
duo habẽt fundũ cõem ⁊ vnus vult ꝙ colaẽ ⁊ semineẽ prout dꝫ:
alius vero q eſt capitosus non vult ꝙ ps sua semineẽ nec areẽ cer
te si ali⁹ faciat totũ fundũ coli ⁊ seminari nõ tenebiẽ alteri rñde
re de fructib⁹ etiã ꝑ pte dñica.ꝑ gl.no.ibi.ĩ vbo diuidere. ad fi.
¶ Quero.xxvij.ẽ alia q̃one valde necessaria circa psentẽ mate-
163 riã.† Nũqd ꝯcessio seu seruit⁹ aque ducẽde ex fonte siue ex castel
lo ad molẽdinũ possit fieri sine aliquo tit.an vero si sit facta sine
causa vel sine ti.effectualiter sit nulla.qꝛ obstat exceptio doli iu
xta.l.ij.§.circa.ff.de excep.doli.psertim cũ sine causa nõ videaẽ
posse trãsferre aliqd ius.l.nunq̃ nuda.cũ si.ff.de acq.re.do.nun
quid ergo valeret ꝯcessio si i instrõ dicaẽ ꝙ talis cõcessit tali ser
uitutẽ ducẽdi aquã ex suo fonte vel ex suo flumine ad illi⁹ molẽ
dinũ si non exprimaẽ alia causa vel alius titulus. Istum passum
tãgit Oldra.laudẽ.in cõsi.xxx.incip.factũ tale eſt quedã certe et
nominate persone.ĩ.iij.dubio.⁊ ibi breuiter se expedit ꝯcludẽ-
do.ꝙ si processum eſt ad traditionẽ vel quasi seu ad actũ equi-
polẽtẽ,⁊ tũc nõ requiraẽ alia causa nec alius titulus,sꝫ si statũ
esset in finibus nude promissionis vel stipulationis tunc bene
habet locũ ꝯsideratio cause.l.hoc iure.in pn.ff.de dona.alĩs ob
staret excep.doli.d.l.ij.§.circa.ff.de excep.do.Adde qd iſtã de
cisionẽ Oldra.refert ⁊ sequiẽ Bal.in.c.j.§.quis de mãso.in pe.
col.in fi.si de inuesti.feu.ꝯtro.fue.⁊ ibi eã cõfirmat alio funda-
164 mẽto † qꝛ in seruitutib⁹ sufficit ꝓ rõne volũtas etiã nõ expsso
alio titulo vl alia cã ꝑ.l.si qs diuturno.ff.si ser.vẽ.Tu aduerte
ꝙ dñia Old.⁊ Bal.an interuenerit traditio vel quasi ꝙ tũc nõ
requiraẽ cã vel titulus,an vero interuenerit solũ pmissio ⁊ tũc
sec⁹,certe vĩ cõfundi per tritã regulã qꝛ pmissio ⁊ traditio a pa
ri pcedũt.l.fi.C.ad.l.fal.⁊ talis equipatio tũc maxime pcedit
qñ agiẽ de cõfirmatiõe act⁹,vt notabiliter declarat Bar.in.l.ꝙ
nomine.ff.de cõdi.inde.scdo aduerte qd aliud fundamentum
Bal.qd in seruitutib⁹ sufficit ꝓ rõne volũtas ꝑ.d.l.si qs diutur
no,nõ vĩ eſſe verũ eo qꝛ in.d.l.si qs diuturno,vsus tanti tpis et
allegatio tit.hꝫ vim cause,vt ibidẽ legiẽ ⁊ notaẽ.⁊ iſtud vltimũ
fundamentũ cõtra Bal.adducit do.Alex.in.l.a titio.in vlti.
col.ff.de verb.ob.⁊ ꝑ illud eũ reprobat ⁊ plus non dicit.tu aũt
potes defendere decisionẽ Oldr.⁊ Bal.ex eo qd in terminis tꝫ
magistralr Dy.in regula possessor malefidei in.v.col.de regu.
165 iur.ĩ.vj.vbi † q̃rit nũquid in pscribẽdis iurib⁹ incorporalib⁹ sit
necessaria bona fides ac etiã titulus an vero sufficit solũ bona-
fides,⁊ determinat ꝙ etiã de iure ciuili sufficiat bonafides nec
eſt opus ꝓbare titulũ per.d.l.si quis diuturno.Et si dicaẽ qua-
re in prescriptione rerũ corpaliũ reqraẽ titulus ⁊ nõ ĩ pscriptio
ne iuriũ incorpaliũ.Respondet Dy.qd ratio eſt qꝛ vbi maius
eſt periculũ ibi cautius eſt agendũ.l.j.§.sed ⁊ si quis.ff.de carb.
edic.Sed in prescriptiõe rerũ corpaliũ maius periculũ et preiu
dicium patitur qꝛ rei dominiũ ei auferẽ,sed in prescriptione ser
uitutũ non auferẽ dominiũ rei lꝫ res subiciaẽ alicui seruituti.
subdit Dy.qd etiam non eſt opus allegare titulũ ⁊ illum ꝓba-
re ex longeuã quasi possessione,ꝙ eſt adhuc fortius.moueẽ per
d.l.si quis diuturno.⁊.l.j.§.fi.ff.de aqua plu.arcen.⁊ ad.l.cũ de
in rẽ verso.ff.de vsur.Rñdet no.ꝙ loquiẽ vbi agiẽ de persona
astringendã seu obligãdã ad aliquã pscriptionẽ,tũc ibi bene eſt
166 necessaria saltẽ allegatio tituli † cũ ad obligationẽ personaleꝫ
inducendã sit necessaria cã vera vel presumpta.d.l.ij.§.circa ⁊
l.cũ de indebito.§.si.ff.de ꝓba.⁊ hoc rõne predicta.quia vbi ma
ius eſt periculũ ibi cautius eſt agendũ,ita residet ibi magistrali
ter Dy.Non obstat secũdũ fundamentũ quo dicebatur qd pro
missio ⁊ traditio a pari procedunt.d.l.fi.C.ad.l.fal.respondeo
id verũ eſſe vbi eſt eadem ratio secus si diuersa,vt dicũt Bar.⁊
doc.ibi in.d.l.fi.Modo reperio ꝙ dicit notabiliter Bal.in.c.
167 his qbus.de elec.post Archidia.in.c.nosse.lxiij.dist.† ꝙ ĩ tra
ditiõe semper in dubio presumitur causa secus eſt in pmissio.⁊
assignat rõnem differentie,qꝛ in promittendo qlibet eſſe facilis
sed nõ sic in dãdo seu tradendo.Confirmo per illud qd vult gl.
⁊ doc.in.l.cum quid.ff.si cer.pe.qñ dico alicui tolle iſtam pecu-
niam,ꝙ presumitur causa vel mutui vel donationis,secundum
qualitatẽ persone,qꝛ ibi interuenit traditio.tamen ad iſtud fun
damẽtum posses dicere qd aliud eſt querere an presumatur cau
sa ꝓpter traditionẽ,⁊ tunc pcedunt,pxime dicta,aliud eſt que
rere an requiraẽ causa ⁊ tũc pcedit.q.Oldr.⁊ bal.Tamẽ adhuc
defendendo eos ꝙ dñia sit inter promissionem et traditionem.
168 † Confirmo qꝛ in traditione requiritur causa vel vera vel pu-
tatiua.l.nunq̃ nuda.cũ gl.ff.de acq.re.do.⁊ in.§.ꝑ traditionẽ.in
sti.de re.diui.Bal.in.l.ij.§.creditũ.ff.si cer.pe.sed in promissiõe
requiriẽ causa vera ⁊ non putatiua,ſm Bal.in.c.fi.in.viij.co.de
ꝯsuetudine ꝑ tex.in.l.fi.ff.de cõsti.hec.Ita habes decisionẽ Ol.
⁊ Bal.sed vt nihil omittaẽ aduerte in pdictis qd Bar.in.d.l.ij.
§.circa.ff.de excep.do.tenuit ꝙ in dubio valeat pmissio vl stipu
latio sine cã,qꝛ videtur in eſſe tacita causa donationis.⁊ sic ipsa
liberalitas ꝓ causa sufficit,dicãt doc.quicquid velint secundum
eũ,⁊ ita dicit eſſe casum in.l.hoc iure.in princi.ff.de dona.facit
l.campan⁹.ff.de cpe.lib.⁊ hoc etiã visus eſt sensisse Old.ĩ dicto
cõsi.xxx.si iſta opinio esset vera cessaret difficultas psentis que
stiõis:sed tu dic ꝙ illa opinio Barto.eſt cõmuniter dãnata ⁊ re
probata per omnes ⁊ legistas ⁊ canoni.¶ Contrariũ enĩ tenẽt
multe gl.allegate ꝑ Barto.in illo.§.circa precipue glo.no.in.l.
gñaliter in vbo cãm.C.de nõ nu.pe.⁊ ibi Jac.but.Bal.Ange.
⁊ Sali.idẽ tenent. Idem late per multa iura ⁊ rationes tenent
Imo.et oẽs Moder.ĩ.l.a titio.ff.de verb.obli.vbi plene ponũt
do.Alex.⁊ Are.Idẽ tenet Pau.de ca.in.l.si diuortio.e.ti.Lu-
do.roma.in.l.gñaliter.eo.titu.Joã.and.in additio. Specu.in
titu.de cõfes.§.nunc videnduꝫ.super versicu.que eſt ratio domi.
Anto.Abb.et Imo.in.c.si cautio.de fide instr.do.Alexan.in
consi.xiij.qd incip.ex his que in themate narrata sunt.Non ob-

stat.d.lex.hoc iure.in prin.allegata per Bar.q loquitur qñ con
stabat expresse quod promissio fiebat animo donandi seu dubi
tabat q̃ causa moueret ad donandū:sed nos loquimur i dubio.
¶Non obstat.d.lex campanus,quia loquitur quãdo constabat
quod quis ex certa scientia pmittebat sciens se non teneri,quo
casu bene videt factū animo donandi.l.cuius per errorem.ff.de
reg.iur.⁊.l.j.ff.de cōdi.inde.Sed in casu dubio est sec⁹:vt habet
170 i locis pallegatis.¶Quero.xxviij.nunqd aqua p seipsam de
fluēs ex tuo fonte vel riuo vel ex tuo flumine ad meū molēdinū
possit inducere pscriptionē vel cōsuetudinē,rñde breuiter q nō,
171 q non est res animata,†⁊ p rē inanimatā nihil nobis acqri po
test.ita tenet gl.solēnis ⁊ reputata sing.in.§.pe.insti.p quas per
so.no.acqui.in verbo per hãc,oportet ergo in prescriptione ali
quē vsum intercessisse quo principiato sufficit postea aquã p se
fluere.l.qui fundum.ff.quēad.ser.amit.in cōsuetudine etiã suffi
cit qd habuit initiū a multis vtenti b⁹.nã postea perficitur solo
temporis cursu.l.vēditor.§.si cōstat.ff.cōmu.pdio.facit qd no.p
Dy.in.l.cū seruus.ff.de verb.ob.Ita determina Bal.in.c.i.§.si
qs de manso.in pe.col.si de inuesti.feu.cōtro.fue.quē refert ⁊ sim
pliciter seqt do.Bar.veroñ.i tracta.seruitutū vrbanaꝝ i ti.xxij.
qūo ⁊ qualiter seruit⁹ teneatur.⁊ in tractatu seruitutū rusticarū
in ti.de aque ductu,in.xij.colū.ad fi.Adde pro confirmatione,
illud q notabiliter dicit Bal.in.c.cū oēs.i.xj.col.circa fi.de cō
stitu.vbi dicit,q defluxus aque ad pcliuū locū naturalis est,sed
per hoc nō debet seruitutē predio inferiori,q nulla seruit⁹ ha
bet causam naturalē sed aut imposititiã aut pscriptã:vt.l.j.§.fi.
⁊.l.ij.ff.de aqua plu.arcē.Nota ista verba Bald. q magistralia
172 sunt hinc sequit†q scolatica seu aquarū emissoria nullo tem
pore prescribūt,q vt dixi solus defluxus aque cum sit naturalis
nō inducit seruitutē,put etiã habet in.l.i.⁊ in.l.alti⁹.C.de serui.
⁊ aqua.cū seruit⁹ nature repugnet.l.manumissiones.ff.de insti.⁊
173 iur.no.in.l.si pri⁹.ff.de no.ope.nū.¶†Quero.xxix.nunqd ille
cui cōcessum est ducere aquã ex flumine publico vel puato ad suū
molendinū possit postea alterare vel mutare formã aqueductus
vel mutare vel alterare clusam.rñde breuiter q non:vt.l.fistulã
in prin.⁊.l.qui luminibus.ff.de serui.vrba.pred.l.j.§.illōtū ⁊.l.
fi.⁊ ibi not.ff.de aqua quot.⁊ esti.⁊.l.ij.§.apud labeo.⁊.§.apud
alpheū.⁊.§.idē labeo.⁊.l.fi.ff.d aqua plu.ar.l.j.§.fi.⁊.l.iij.§.si qs
riuum ⁊.§.seq.ff.de riuis.⁊.l.vsum aq̃.§.fi.C.de aq̃ductu.lib.xj.⁊
l.pses.⁊.l.si manifeste.⁊ ibi doc.C.de serui.⁊ aq.aqua enī a solito
cursu diuerti nō pōt.l.ij.ad fi.⁊ ibi Bal.⁊ Sal.ad hoc not.C.de
l.aql.hinc est qd mutãs clusam molēdini de vno loco ad alium lo
cum dicit nouã clusam facere.ita no.Bal.⁊ Ang.in.l.ius ciuile.
per illū tex.ff.de insti.⁊ iur.hinc est q nō est pmissum opere etiã
manu facto restagnare vel alio mō impedire solitū cursum aque
vel etiã dilatare vt cū maiori vehemētia defluat.l.j.§.hec autē.⁊
§.neratius.⁊.§.idē aiunt.⁊.§.in summa.ff.de aqua plu.arcē.⁊.l.
fluminū.§.itē videam⁹.⁊ ibi gl.⁊ Imo.ff.de dã.infec.⁊.l.j.§.ait
pretor.in ver.⁊ generaliter.vbi bonus tex.ff.ne quid in flumine pu
blico.Predicta limita qñ iferioris vicini nō iteresset q alteret
solitus cursus aque tūc talis alteratio a iure pmitti videt,vt in
l.j.§.fi.⁊.l.seq.⁊.l.iij.in pri.⁊.§.si qs riuū.ff.de riuis.⁊ ita tenuit
do.Signorellus homodeus in cōsi.xxxiiij.incip.ex flumine pu
blico,in vlt.col.vbi cōsuluit q habēs molendinū inferius possit
facere nouū canale p quod aqua habeat magis liberū ⁊ expedi
tum cursum q̃ per canale vet⁹ qñ multū interest inferioris quod
aqua trãsitū facit p nouū canale q ex hoc magnã ⁊ euidentē vti
litatē cōsequat,vt ibi latius p eū.Tu adde q imo fortius vr qd
si esset parua aut minima,icōmoditas vicini ⁊ maximū cōmodū
et emolumentū isti⁹ mutãtis vel alterãtis formã,q sit sibi licitū
mutare,p tex.no.i.l.j.§.sunt aūt q putãt.ff.ne qd in flu.pub.iū
cta gl.ibi in verbo iniuria q̃ supplet.s.maxima.⁊ iūcto eo qd per
illū tex.tm notabiliter Bar.s.in.xj.q.⁊ ibi dixi,⁊ qd vult idē Bar.
in.l.de pupillo.§.si quis riuos.i fi.ff.de no.oper.nū.⁊ de hoc est
etiã gl.in.l.ij.ff.de riuis.Alibi tamē Bar.in.l.j.§.sz si qs terrenū
riuum.ff.de riuis.tenuit notabiliter qd ita demū possit immuta
ri solitus cursus ex vrgenti necessitate vel magna vtilitate,p tex.
in.l.seruius.§.j.in verbo.vrgentē ⁊ necessariam refectionē.ff.de
riuis.alis secus,p illū tex.qd bene no.refert ⁊ simpliciter sequitur
d.Bar.veroñ.in tractatu seruitutū.rusticarū.i tit.de aqueductu.
174 in.xlij.col.¶†Quero.xxx.aliqs pmisit mihi mandare clusam
molēdini mei arbitrio meo ego postea cedo alteri illud molēdi
num an tale arbitriū trãseat ad emptorē,⁊ vr q sic q cōpetit iure
cōtract⁹ ⁊ nō vt ministro,vt no.in.l.si sic.§.fi.ff.de leg.i.¶In cō
trariū facit.q motiuū animi mei nō transmittit ad alium,ergo
a simili nec licētia arbitrandi,argu.l.cuius bonis.ff.de curato.
furio.Iaco.de are.in.d.l.si sic.§.fin.finaliter post relatas opinio
nes concludit,quod an talis potestas arbitrandi transeat ad sin
gularem successorem estimandum est ex personis ⁊ causis argu.
l.fi.§.fi.ff.de actio.⁊ obli.Idem refert ⁊ simpliciter sequit Bal.
in.l.voluntatis.in pe.col.per illū tex.C.de fideicō.Adde quod
175 Iac.de are.Nic.de neap.⁊ Bal.i.d.l.si sic.§.fi.cōcludunt†qd
hoīes certe ville pmiserūt titio purgare eius riuum vel eius clu
sam ad arbitriū ipsi⁹ titij:⁊ titius vēdidit mihi talē riuum,q
prefati hoīes tenebunt etiã arbitrio meo purgare talē riuum,⁊
mouent argumento illius tex.q eligere est quoddã arbitrari ⁊
trãsit in singularē successorē:vt ibi est tex.nec obstat q in arbi
trarijs non recedat a psona:vt.l.ij qs arbitratu.ff.de vb.ob.et
l.fi.C.de cōtrahē.emp.q illud est verū qñ competit per modum
facultatis vt ministro:secus si competat per modū forme obli
gationis:q talis obligatio trãsit cū sua forma.⁊ sua qualitate,
qd est valde no.fm Bal.ibi,idē tenēt Albe.Bal.⁊ Sali.i.l.fi.
in.vj.col.C.de cōtrahē.emp.vbi Sali.reputat hoc esse tenendū cor
di.Idē Bal.in.l.fi.§.iã.iij.col.C.cō.de le.Sz Io.de imo.⁊ me
lius in.d.l.si sic.§.fi.sub dubio forte tenet cōtrarium,q potestas eli
gēdi vel arbitrãdi nō vr posse trãsferri in tertiū viuente ipso sti
pulatore,eo q psonalis est,sed eo mortuo sic,vt.l.si stipulat⁹
fuerim illud.in prin.⁊.l.fi.in pn.⁊ ibi p Bar.ff.de vb.ob.Non
obstat tex.in.d.l.si sic.§.fi.q ibi mortuus erat stipulator,prout
ēt ibi tetigit Bar.istã opinionē Imo.cōtra Ia.de are.⁊ bal.se
qtur do.Ale.i.d.l.si sic.in vl.col.allegãs tex.vbi dicit esse casum
in terminis in.l.cū stipulat⁹ sim mihi a proculo.in pn.ff.de vb.
ob.vbi talis ptãs arbitrãdi etiã in facto pprio seu cōpetēs iure
pprio morte extinguit ⁊ ad heredē non trãsit,ergo nec in aliū
176 per cessionē trãsferri pōt,†q que nō sunt trãsmissibilia ad he
redē nō sunt cessibilia:vt ex plurib⁹.ff.de admi.tut.⁊ aliud est
in facultate eligēdi que bñ trãsit ad heredes:vt.d.l.si sic.§.fi.et
aliud est in ptãte arbitrãdi vt declarat Bar.in.d.l.si stipulatus
fuerim illud.ff.de vb.obli.¶Confirmo q facilius potest ali
quid trãsmitti q̃ possit cedi:ergo a maiori semp negatiue arg.
pcedit,si nō pōt transmitti ergo multo min⁹ pōt cedi.assumptū
177 probat,† nã fideicōmissum vniuersale est transmissibile.l.co
gi.§.idē mecianus.ff.ad trebel.⁊ tñ non pōt cedi.l.si mulier.§.
ex asse.ff.de iur.do.glo.⁊ doc.in.l.apud iulianū.§.vtrum.ff.ad
trebel.Bal.in.l.sancim⁹.in pn.C.eo.istud assumptū etiã bene
pbatur per tex.in.l.si stipulatus fuerim.in prin.⁊ ibi Bar.ff.de
178 verb.obli.†Itē facit tertio q actiones directe trãsmittuntur:
⁊ tamē non possunt cedi.l.quis ergo casus.in pn.ff.de pecu.de
clarat glo.no.in.l.iij.in pnc.ff.pro soc.Ista opinio Imo.⁊ do.
Alex.potest etiã cōfirmari,q sicut facultas declarandi nō tran
sit ad heredē,per cōsequēs nec ad cessionariū glo.in.l.idē pōpo
nius scribit si frumentū.§.fi.ff.de rei vēdi.Bar.⁊ doc.in.l.inter
stipulantē.in prin.cū alijs concordan.ff.de verb.oblig.ergo si
militer nec facultas arbitrandi.d.l.si quis arbitratu.ff.de vb.
obli.¶Tamen ad istud vltimū posset responderi ex fundamē
179 tis Bal.superius relatis.¶Quero.xxxi.nunqd † quodlibet
molendinū presumatur esse liberum an vero saltem molēdinū
quod est superius in parte superiori fluminis presumatur in du
bio debere seruitutē inferiori cū naturaliter defluxus aque ad
inferiorem procliuū locum descendat.l.j.§.sed ⁊ si vicinus.⁊.§.
fi.ff.d aqua plu.arcē.breuiter conclude qd oē molendinū in du
bio presumitur ex toto liberū:nisi probetur de seruitute.ratio
q q̃libet res in dubio censet esse libera.l.altius.C.de ser.⁊ aqua.
no.in.l.cū res.C.de pba.late ponit in.l.si prius.ff.de no.oper.
nun.ponit notabiliter Alb.in.l.qui luminibus.in pn.de serui.
vrb.pdio.hinc not.bar.in.l.si in edibus.per illū tex.⁊.l.supiori
C.de seruitu.⁊ aqua.qd fundata est intentio de iure cōi eius qui
dicit seruitutē non deberi siue sit actor siue sit reus,q aduersa
rio semper incumbit onus pbandi.l.sicut.§.sed si queratur.ff.
180 si serui.vē.no.in.d.l.si pri⁹.hinc videmus ⁊ bene no.†q res in
dubio psumit allodialis,⁊ sic libera ⁊ non feudalis,eo q feudū
est quedã seruitus:vt no.in.l.si cuius.in pnc.ff.de vsufru.Ita tz
Bal.in.c.ij.si de feu.fue.cōtrouer.inter do.⁊ agna.⁊ in.c.j.i vlt.
col.principij.de cōtrouersia inuestiture.⁊ in.l.libertas.ff.de sta
tu homi.⁊ in.c.significauit.de rescrip.⁊ in.c.j.in.vij.col.in fi.de
iudi.Io.an.⁊ alij in.c.nimis.de iureiur.Host.io.an.⁊ alij i.c.fi.
in verbo rñdere de iudi.Io.an.in addi.Spe.in ti.de feu.i.§.qm
super.ver.xxj.in addi.que inci.cessante.Card.⁊ Imo.in cle.j.in
ver.porro.de iureiu.Pau.de cast.in cōsi.cliij.incip.super.j.que
sito inquantū queritur vtrum dicte possessiones,do.Ale.i cōsi.
cxxix.qd incip.pōderatis his que in prescripto themate narran
tur in.j.col.⁊ in cōsi.dxl.inci.perspectis his que in themate nar
rant in.xv.col.⁊ in cōsi.xv.vol.qd incip.visis narratis in thema
te in.j.⁊ in.ij.col.vbi limitat aliquibus modis.facit tex.in.c.j.⁊
q ibi no.de cōtrouer.inter mascu.⁊ femi.de beneficio.⁊ in termi
nis nris.⁊ in specie determinat Bal.i.c.j.in pe.col.circa fi.de eo
181 qui mittit in possessiōem,vbi tenet†qd si habeo vnū molēdi
nū in flumine ⁊ fisc⁹ aliud,qd sicut molēdinū fisci psumit liberū:
ita ⁊ meū.Nec ob.q defluxus aque ad inferiorē pcliuū locū sit
naturalis.d.l.j.§.pe.⁊ fi.ff.de aqua plu.ar.q p h nō debet seruit⁹
inferiori

inferiori qr nulla seruitus habet causam natura'em:sed aut im posititiam aut prescri.vt inquit Bal.in.c.cum oēs in.xi.co.ad fi.de cōsti.vt dixi plenius.s.in.xxviij.q. ¶ Quero.xxxij.de alia
182 frequēti ꝛ bona.q.vone† qꝺ aliquis nobilis hꝫ molendinū in aliqua villa,ꝛ homines de dicto loco iam lōgissimo tēpore,cu ius initij memoria non extat in contrariū semper ierūt ad di ctum molendinū pro macināndo,nūc aūt alius vult alium' mo lendinū in dicta villa nouiter construere,an possit ꝓhiberi per dictū nobilem.itē nunqd aliquis possit prescribere' quod ipse solus ꝛ posteri sui habeant molēdinum in tali villa ita qꝺ ali⁹ non possit ibi facere molendinū.de ista.q.tetigi.s.in.j.q.prin. Bar.ad ibi dicta me remitto. ¶ Trigesimotertio q̄ro de alia qōne quam Albe.de ro.refert de facto fuisse in excelsa ciuitate
183 Mediolani,† pone destructū erat quoddā molendinum ex toto.dominus incipiebat illud reedificare,quidam nuntiauit sibi nouū opus:querebatur an posset procedere in opere spre ta nuntiatione:ꝛ videbatur qꝺ sic,per tex.in.l.j.§.si quis edifi ciū.ff.de ope.no.nun.vbi dicitur qꝺ reficienti vetus edificium non pōt opus nouū nuntiari:eo qꝛ non facit opus nouum,ſꝫ ve teri sustinendo remediū adhibet:ad idem tex.iij.§.reficere.ff.ꝺ itine.ac.q3 priua.ꝛ in.l.vlti.C.de iude.iuncta.l.j.§.opus.ꝛ.l.sti pulatio.§.opus.ff.de ope.no.nun.Istaꝫ.q.format Albe.in.d. l.j.§.si quis edificium.ff.de ope.no.nun.ꝛ in.l.inter stipulātēꝫ. §.sacrā ad fi.ff.de verb.ob.ꝛ vtrobiq3 refert in ciuitate Medio lani fuisse iudicatū ꝛ obtentū,qꝺ iste nō possit in opere ꝓcede re spreta nuntiatiōe ꝛ ꝙ iste dicit de nouo edificare ex quo aliꝺ molendinum erat ex toto funditus destructū: non aūt veteri sustinendo remediū adhibet,prout requirit tex.in.d.§. si quis edificium.Itē qꝛ speciale est in refectione cloacarum ꝛ riuorꝫ vt ꝓpter interesse publice vtilitatis ibi non admittatur nūtia tio.vt.l.de pupillo.§.si quis riuos.ff.de ope.no.nū.ꝛ.l.seruius §.si qs riuum.ff.de riuis.ergo in ꝑdicta qōne in contrariū ius commune.l.j.in fi.ff.ad muni.pro ista parte bene facit qꝛ istud dicit esse aliud molendinū,vt est bonus tex.in.d.l.inter stipu lantē.in.§.sacrā.in fi. ¶ Adde pro ista decisiōe bene facere qꝛ
184 qn̄ † edificiū est funditus ꝛ omnino⁹ destructū prout presup
a ponitur in qōne superius formata tunc reficiens dicitur opus de nouo facere per consequens potest sibi opus nouū nuntiari per.l.j.§.opus.ff.de oper.no.nun.assumptū probatur per tres glo.nota.ꝛ per tres tex.Primo per glo.no.in.c.de monachis.
185 xviij.q.ij.q̄ tenet† ꝙ in refectione monasterij totalr̄ destructi reqritur noua licentia epi sicut si de nouo fabricaretur:secus si non est totū destructū quia tunc bene potest reparari seu refici sine licētia episcopi.Idē tenet Hosti.in summa ti.de eccle.edi fican.§.si.in fi.do.Albb.ꝛ alij in.c.consuluit.per illum tex.de iu
186 de.Scōo est bona glo.in.c.iij.in gl.j.de iurepa.que vult† ꝙ re ficiens monasteriū vel ecclesiaꝫ funditus destructā efficiat eius patronus sicut si eā de nouo fabricaret:secus si nō esset fundit⁹ destructa ꝛ eā reficeret:ꝛ per illā glo.no.ibi do.Anto.de but.ꝙ de contractu totaliter ꝑfecto debet solui gabella stante statuto qꝺ de cōtractu soluatur gabella:secus si totaliter non ꝑficiatur de nouo,vt no.idem do.Anto.de bu.in.c.iij.de iude. Tertio facit gl.in.l.dāni.§.si is qui edes vicinas.in verbo augeri.ff.de
187 dam.infe.q̄ tenet † qꝺ si rustic⁹ ꝑmisit militi aquam frigidam in estate in domo quā miles habebat ꝙ si domus combura tur ꝛ alia reedificet ꝙ rusticus amplius nō tenetur.Pro ista parte vt dixi faciūt tres boni tex.in.d.l.inter stipulantē.§.sacram.in fi.ibi vsq3 ad aream deposita restituatur alia erit:secundo tex. in.l.si ita legatum.§.fi.ff.de leg.j.vbi si testator domū quā alij legauit particulatim reficit vt nihil ex pristina materia supersit tn̄ durat legatū,secus si eam funditus destructā refecit qꝛ tunc extinctum est legatū cū sit alia domus.Tertio facit tex.in.l.qd tamē.in prin.ff.quib.mo.vsufr.amit. ¶ Pro ea parte facit,qꝺ
188 no.Bar.in.l.nuptie.per illū tex.ff.de ritu nup.vbi no.† ꝙ ea que requiruntur in confectione alicuius actus etiam' requirun tur in eius refectione quando est totalis refectio:vnde infert ꝙ sicut a principio quando conficitur instrumentuꝫ requiritur cō sensus vtriusq3 partis ita etiam requiritur in ipsius refectione quando instrumentum est amissum. ¶ Pro eadem parte etiaꝫ facit quod no.Bal.in.l.si vt ꝓponis.la.ij.C.de nup.vbi ꝑ illuꝫ
189 tex.† tenet,ꝙ si constitutio ecclesie disponat ꝙ nullū fortilitiū possit fieri incōsulto papa:ꝛ aliquis velit reedificare fortilitium quod propter rebellionem fuerat funditus desolatum ꝙ nō po test inconsulto papa.ꝛ Bal.ibi dicit ꝙ cū ministerio.l.loq̄r ꝑ verbū funditus desolarū. ¶ Per ista remanet optime firmata decisio Alb.in locis.s.alleg.qꝺ ex quo molendinum erat ex to to funditus destructū si incipiat reedificare:ꝙ sibi potest opus nouum nūtiari.Et secundū istos termios ꝓcedat opinio Dy. in.d.l.j.§.si qs edificiū.ꝛ Bar.in.d.l.de pupillo.§.si quis riuos ꝑ illū tex.qui tenent qꝺ reficienti possit opus nouū nuntiari eo quia dicatur opus nouum facere. ¶ Aduertendū est ergo qꝺ secus esset quando primum molendinuꝫ non fuisset ex toto de structum quia tunc reficere non esset opus nouum facere ꝛ con sequenter sibi non posset opus nouum nuntiari et ita proprie loquitur tex.in.d.l.j.§.si quis edificium.in verbo reficiat secun dum veram et propriam literam tex.quicquid ibi dicat Dy.be ne facit ratio illius tex.quia veteri sustinendo remedium adhi bet,ꝛ ita ibi tenent Pau.de ca.ꝛ latius do.Alex.Et quod tūc reficere non fit opus de nouo facere,est bo.tex.in.l.iij.§.refice re.ff.de itine.actuq3 priua.vbi dicit iuriscō.aliud est enim lon ge reficere aliud facere ꝛ tex.in.l.j.§.pe.ꝛ ibi gl.ff.de mor.infer. ꝛ tex.in.c.consuluit.de iude.ꝛ in.l.fi.C.eod.ꝛ in.l.iij.C.de ope.
90 pub.ꝛ in.l.j.ff.de via pu.Hinc † est,quod prohibiti edificare ca stra non prohibentur reficere fm̄ Bal.et Ang.in.d.l.j.§.pe.ꝑ illum tex.ꝛ glo.ff.de mor.infer.Pe.de anch.in.d.c.consuluit. Hinc est etiam qꝺ si de instrumento soluatur gabella ex forma statuti certe si instrumentum reficiatur non debebit solui gabel la,secundum do.Anto.de bu.in.c.iij.per illum tex.de iude.ac
91 cedat etiam † quia actus qui non potest fieri a principio sine li centia superioris potest tamen refici sine eius autoritate.gl.est no.in.c.cum accessissent.in glo.fi.ꝛ ibi doc.de consti.ꝛ ibidem late Bal.in.ix.col.ꝛ tribus sequentibus.predicta adde hisque tangit Bar.s.in.xv.q.ꝛ his que ibi dixi.

¶ Per ista cū laude oīpotētis Dei sit imposit⁹ finis Repe titioni huius legis in cuius fine etiam cuꝫ finalibus verbis bar. cōcludo si hec que dicta sunt vera reperirent. Sit Laus Deo optimo maximo:si minus vnumquemq3 lectorem hortor ꝛ ro go vt secure corrigat deposito tamen liuoris aculeo:mihi enim satis est alios ad indagande veritatis studium excitasse.

a ¶ Omnino adꝺ.d.Phi lip.deci.in re gula domuꝫ ſ.de regu.iu. ꝛ q̄ ibi posui ī apostillis.

¶ De repetitione preclarissimi iurisconsulti domini Jasonis Mayni super.l.quominus.de fluminib⁹ nuperrime absoluta Petri offredi Cremonensis carmen.

Ut solidis graius struxit compagibus alnum
In solidum tentans per mare Jason iter:
Quo fera terrigene superaret prelia turme
Ferret ꝛ aurate vellera victor ouis.
Omnia sic celeri lustrauit flumina puppi
Maynus ꝛ ad patriam iam remeauit humum
Acta quid hinc forsan portarit cymba requiris:
Quicquid ab auriferis eruit indus aquis.
Quicquid ꝛ in patria diues fodit astur harena:
Quicquid ꝛ in flauo littore rhenus habet.
Quod tagus ꝛ rapidis voluit pactolus in vndis:
Quod felix lecta messe recondit arabs.
Hanc igitur studiose ratem pete:libera cunctis
Est via:non merces claudit auara suas.
Quilibet ex isto partem sibi sumat aceruo.
Mentis vt exornent hec monumenta domum.
Hinc titulis Maynum decantet Jasona summis.
Optet ꝛ hunc pylie vincere pensa colus.
Nam proprio solers euellet senta ligone
Que sacri campo Cesaris alta virent.

¶ Finis Prime partis Commentariorum Jasonis Mayni Mediolanensis in Digestum nouum.

Index quaternionum.

AA.BB.CC.DD.EE.FF.GG.HH.II.KK.LL. MM.NN.OO.PP.QQ.RR.SS,TT.VV.XX. Quorum.XX.quinternus:reliqui quaterniones.

iij.Esdre.iij.
Super omnia autem vincit Ueritas.



colorchecker CLASSIC



























calibrite

mm